Universitätsbibliothek Paderborn

# Assertionvm Theologicarvm Sfortiae Pallavicini Sacræ Theologiæ Professoris in Collegio Romano Societatis Iesv. Libri Qvinqve

Pallavicino, Sforza

Romæ, 1649

urn:nbn:de:hbz:466:1-39069

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th 442.

D 1

31

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# LIBER QVARTVS

## *De Iuſtitia, & Iure.*

### CAPVT I.

Colleg. Soc.tis IESV Paderbornæ

*De multiplici Iuſtitia, & de generali ſignificatione huius nominis.*

1 IVSTITIÆ nomen conuenit Iuſtitiæ commutatiuæ, diſtributiuæ, legali, & vindicatiuæ; omnes iſtæ iuſtitiæ, conueniunt inter ſe, & differũt ab alijs virtutibus ad alterum in hoc, quod non mereantur

aliquam gratiarum actionem, vel retributionem ab eo erga quem exercentur cum obligatione: etiam ſi talis obligatio non ſit inſtituta in bonum ſolius obligati. Conſtat id inductione: nam licèt ei, qui dat eleemoſynam pauperi ex obligatione charitatis; debeantur à paupere gratiæ, tamen ſoluēti debitum, ac non furanti ex obligatione Iuſtitiæ commutatiuæ neq; gratiæ, neque vlla retributio debetur. Similiter gratia vel retributio nō debetur diſtribuenti bona communia ſecundũ obligationem præciſam iuſtitiæ diſtributiuæ.

2 Ratio à priori, cur non debeantur gratiæ, vel retributio operanti ſecundum obligationem Iuſtitiæ diſtributiuæ, ac

com-

cōmutatiuę eſt, quia natura, bona quædā cōdidit in emolumētū creaturarū rationalium, quę voluit à quibuſcumq. poſſideri ſecundum conuenientem portionem: noluit proinde, vt eam bonorum portionem accipiens mediante iuſtitia commutatiua, teneretur ad quidquā repēdendū; cùm eo ipſo, natura nō integrè dediſſet hæc bona, ſi accipientes ad aliquid retribuendum obligaſſet; Voluit prætere a natura dari quædam bona communia diſtribuenda ſecūdum proportionem meritorū, per iuſtitiam diſtributiuam; quæ ſimiliter vt integrè donaret, immunes eſſe voluit accipientes ab omni retributionis obligatione.

3 Idem porrò, ſed diuerſis

rationibus verificatur in iuſtitia legali, & vindicatiua. Nulla, quippè gratiarum actio, vel retributio debetur à principe obſeruantibus leges, & præcepta. Cum enim principi data ſit iuriſdictio, non in bonum principis, ſed ſubditorum, iniquum fuiſſet imponere ipſi onus gratias agendi, vel retribuendi ijs, qui non tranſgrederentur leges conditas in bonum reipublicæ, non principis; In iuſtitia etiam vindicatiua non tenetur punitus gratias agere, vel quidquã rependere Iudici punienti; tum quia pœna vt pœna, cum debeat deterrere à culpa, malum eſt puniti; non poteſt autem aliquis teneri ad aliquid rependendum pro ſuo malo; tum quia eſſet intolerabilis illa lex,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæ obligaret punitum ad recipiendam pœnam non modò patienter, ſed cum gratiarum actione.

4. Accedit vniuerſalis illa doctrina S. Thomæ, quod pœna eſt contra voluntatem puniti, vt quantum ipſe exceſſit, indulgendo ſuæ voluntati per delictum, tantũdem patiatur contra propriam voluntatem per ſupplicium. Ergo de natura pœnæ non eſt vt pro illa reddantur gratiæ: nemo enim gratias agit pro eo quod eſt ſibi ingratum. Et quamuis pœna aliquando poſſit eſſe vtilis punito non ſolum ſecundum cõminationem quod eſt generale omnibus pœnis, ſed etiam ſecũdum executionem, quod eſt proprium pœnæ medicinalis;

tamen quatenus vtilis non habet propriè rationem *pœnæ*; nã pœna debet magis deterrere à culpa ſi ipſa pœna imponatur, quam ſi non imponatur; at verò vtile prout vtile non habet vim deterrendi. Pœna ergo propriè dicta eſt quidem vtilis toti reip. per exemplum; rurſus eſt vtilis ipſi punito per antecedentem cõminationem vt diximus; ſed eſt mala illi ſecũdum actualem inflictionem; & ideo condonatio pœnæ cenſetur beneficium.

5 In alijs virtutibus ad alterum eſt alia ratio: Quædam enim inſtitutæ ſunt à natura ad fouendũ mutuum amorem, cuiuſmodi ſunt charitas, gratitudo, pietas; adeoq; voluit eadem natura vt ex actibus earũ

ſemper

ſemper reſultet aliqua obligatio gratię, & recompenſationis in eo in cuius commodũ exercentur. Aliæ ſunt, quarum actibus exercitis ex obligatione, tũc ſolum non debentur gratiæ, & retributio, cùm obligatio eſt inſtituta proximè, & cõpletè in bonum ſolius obligati; cùm verò eſt inſtituta in bonũ alterius ſemper aliqua debetur gratia, & re compenſatio, & per hoc differunt à iuſtitia, cui ne in hoc quidem ſecũdo caſu debetur vlla retributio, vel gratia vt diximus.

6 Exemplum ſit in veracitate, & fidelitate. Poteſt in his virtutibus conſiderari duplex obligatio: Altera negatiua, ſcilicet non loquendi niſi videas verba eſſe conformiamenti, &

non promittendi niſi velis ſtare promiſſis: quæ obligatio eſt inſtituta in bonum obligati, vt nimirum poſſint alij prudenter credere loquenti, & fidere promittenti; ſtultè enim crederetur ſi liceret mentiri, & ſtultè fideretur ſi liceret non implere promiſſa. Cùm ergo aliquis implet hanc obligationem negatiuam, &, ne fallat, neque loquitur, neque promittit; nulla debetur illi gratiarum actio, & retributio, quia operatur ex obligatione inſtituta proximè, & completè in bonum ſolius obligati. Altera obligatio eſt poſitiua, & quã volũtariè ſuſcipimus loquendo, & promittendo, qua obligatione tenemur ad manifeſtandã per talẽ locutionem ſcientiam veram, & ad faciendum

dũ quod promittimus: & quia voluntariè in bonum audientis loquens, & promittẽs ſuſcipiũt hanc obligationem, ideò pro vera communicatione ſcientię, & impletione promiſſi debetur illis aliqua gratiarum actio, vel retributio.

7 Stat ergo, quod prædicatum à nobis aſſignatum tanquam proprium iuſtitiæ, nulli alteri virtuti conueniat. Cœterùm non negamus obſeruantibus iuſtitiam legalem deberi præmium; ſed ex iuſtitia diſtributiua: adeoque ſine iactura præmiantis, & ab eo, non quatenus eſt is, in cuius honorem ſubditus exequitur iuſtitiam legalem. Nam ſi diſtributor pręmiorum publicorum eſſet diſtinctus à legislatore cui ſubdi-

tus paret, eodem modo obſeruanti deberet præmia diſtributor, neutiquam verò legiſlator. Præmia enim non ſunt priuata retributio boni accepti, ſed publica remuneratio cuiuſcumq. virtutis: & ità Deus remuneraretur naturaliter (vt præſcindamus hic à promiſſione ſupernaturali, & liberali) obedientiã. Fatemur tamẽ, eũ nõ aliter quàm tanquã diſtributorem tunc remuneraturum etiam actus ſupererogationis, cum ſit incapax recipiendi beneficij, adeoque debendi gratias, vt infra. Sed adhuc religio, charitas, & ſimiles virtutes ad alterum, quatenus reſpiciunt ſecundariò alios à Deo merentur gratias, & in hoc differunt à iuſtitia.

8 Et ſanè quantum ſpectat

ad

ad publicā retributionem, hæc debetur non ſolum pro obſeruantia iuſtitię legalis, ſed etiam iuſtitiæ cōmutatiuæ. Debetur enim exercitio cuiuſcumque virtutis. Sed in hoc differt hæc retributio ab ea, quæ debetur ob exercitia aliarum virtutum ad alterum, quod hæc ſecunda debetur tanquam à priuato, & tanquam ab eo in cuius bonum peculiare eiuſmodi virtutes exercentur. Et propter eādem rationem exercenti iuſtitiā debetur honor, & laus. Hæc enim ſunt aliquid publicum, & non priuatum.

9 Quantum verò ſpectat ad religionem erga Deum in operibus ſupererogationis, quæ non pertinent ad iuſtitiam legalem, & tamen pro illis Deus

nō debet retributionē niſi tanquam diſtributor bonorum publicorum, vt ſupra diximus, ratio vlterior eſſe poteſt, primò infinitum dominium Dei, ratione cuius nemini quidquam poteſt debere quacūque propria obligatione. Atque vt ait Auguſtinus primo Confeſſ. cap. 4. *reddit debita nulli debens*, & vt docet S. Thom. 1.2. *q.* 111. *ar.* 1. *ad* 2. *non ita datur debitum in Deo vt Deus creaturæ obligetur, ſed potius in quantum creatura debet ſubijci Deo, vt in ea diuina ordinatio impleatur, quæ quidem eſt vt talis natura tales conditiones, vel proprietates habeat, & quod talis operans talia cōſequatur.* Non ergo Deus eſt capax recipiendi in ſe vllum debitum erga creaturas, ſed per ſuam

volun-

voluntatem efficacem cui omnes creaturæ obſequuntur, redditur debita vna creatura alteri creaturæ quatenus Deus ordinauit, ſeu in prima inſtitutione naturę, ſeu poſtea in ſua gratuita promiſſione, vt vna creatura alteram poſſideret.

10 Secundo in Deo peculiaris ratio eſt amplitudo beneficiorum pręcedentium, quibus nos præuènit, & pro quibus nō poſſumus æquale reddere. Retributio enim non debetur ne pro exercitio quidem aliarū virtutum ad alterum quando illa perſona, in cuius gratiam exercentur, liberaliter antea multò plus dedit quàm accipiat. Cæterum ſi Deus eſſet capax obligationis, & nō præueniſſet nos per beneficia ma-

iora, aliquid deberet retribuere ex actibus ſupererogationis, quod nullo modo deberet ex mera obſeruãtia iuſtitiæ legalis Et hũc fortaſſe ſpectãt illa Luc. 10. *Cũ hæc omnia feceritis dicite quia ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus.*

11 Iuſtitia prædicatur de quatuor aſſignatis iuſtitiæ ſpeciebus analogicè per analogiã attributionis in ordine ad iuſtitiam commutatiuam, quæ eſt principale analogatum. Iuſtitia enim legalis ideò dicitur *iuſtitia*, quia Princeps ius habet iuſtitiæ commutatiuæ ad ferendas leges, & ad cogendos ſubditos ad earum obſeruationem. Similiter iuſtitia vindicatiua dicitur *iuſtitia*, quia iudex habet ius iuſtitiæ commu-

tatiuæ,

tatiuæ, vt pœnam decernat, & ne ſibi reſiſtatur; Iuſtitia diſtributiua dicitur *iuſtitia* quia administrator obligatur ex iuſtitia commutatiua in rempublicam ad bona communia diſtribuēda ſecundū proportionem meritorum. Quia ergo iuſtiſtitiæ nomen principaliter conuenit iuſtitiæ commutatiuæ, hæc eſt priùs explicanda.

## CAPVT II.

*De eſſentia Iuſtitiæ Commutatiuæ, & de multiplici iure, hoc eſt proprietatis, & iurisdictionis, item primæuo, & orto ex alio iure. De rerum diuiſione; & de modis acquirendi ius: & de definitione iuſtitiæ, explicando ſingulas eius particulas.*

12 IVſtitia commutatiua definitur ab Vlpiano: *conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuendi.* Pro intelligentia huius definitionis quæritur quid ſit *ius*. Dicunt Ariſtot. & S. Thomas *ius* eſſe æqualitatē. *Iuſtum* enim græcè dicitur δίκαιον à δίχα, quod ſigni-

gnifi-

gnificat *biſariam*, vt notat Ariſtoteles; & duæ res cum redactæ ſunt ad æqualitatem, dicũtur eſſe *iuſtatæ*, vt animaduertit S. Thomas. Sed adhuc explicandum eſt quænam ſit illa æqualitas quam intendit iuſtitia. Neque enim vult vt omnes habeant diuitias æquales.

13 Nec ſufficienter reſpõdetur dicendo, iuſtitiam velle æqualitatem inter datum ſeu factum, & debitum. Cum enim poſſit aliquid alteri deberi ex charitate, ex gratitudine, pietate &c. & iuſtitia non intendat ęqualitatem cum iſtis debitis, explicandum eſt, quid ſit debitum ex iuſtitia, pro vt differt à debitis aliarum virtutum. Dixerunt aliqui, ius, ſeu debitum iuſtitiæ eſſe præſeribi-

lita-

litatem, quam habet quis ſupra alios reſpectu cuiuſpiam rei vſurpandæ in propriam vtilitatem ex aliqua peculiari connexione phyſica quam habet cũ illa. Qui enim venatus eſt feram, qui ædificauit domum, qui cœpit hoſtem in bello, habet phyſicam connexionem cum rebus iſtis, propter quam in earum rerum vſu eſt cœteris præferendus. Dum verò aliquid ex his donamus vel vendimus, volumus vt donatarius, ac emptor præferantur in vſu rei donatæ, vel vẽditæ ſicut nos præferebamur propter phyſicam connexionem. Notant tamen Auctores huius ſententiæ connexionem quæ ſufficit ad acquirendum dominium vnius rei, non ſemper ſufficere ad ac-

qui-

quirēdum dominium alterius; licèt enim ex. g. faciens ſcamnū euadat dominus ſcamni; non tamen producens filium euadit dominus filij; quia ſcamnū eſt res quæ ordinatur à natura ad felicitatem alterius, filius verò ad propriam.

14 Hæc tamen explicatio iuris, quamuis ingenioſa, videtur deficere in pluribus. Primo, quia non explicat *ius* per prædicata intrinſeca iuris, ſed per cauſam ipſius, quæ eſt connexio phyſica. Sicuti eſſet vera quidem & non inutilis, ſed tamen imimperfecta definitio iræ: *eſt affectus proueniens ex accenſione ſanguinis circa cor*; non enim explicaret prędicata intrinſeca iræ, ſed peculiarem cauſam

ex-

extrinſecam eiuſdem.

15 Secundò, quia falſum eſt vniuerſaliter loquendo, *ius* eſſe præſeribilitatem in vſu rei vſurpandę in propriam vtilitatem. Superior enim regularis ius habet gubernandi ſubditos, ita vt patiatur iniuriam ſi impediatur à gubernatione; & tamen non poteſt gubernationem in propriam vtilitatē conuertere. Tertiò quia non omnis præſeribilitas orta ex connexione phyſica eſt *ius*. Nam ex.g. Pater ius habet perſonale aduersùs filium vt hic ſibi prędtet alimēta in caſu neceſſitatis, idq. cōnexione fundata in perſona filij; debentur etiam Patri à filio alia bona ex pietate, dębito fundato in eadem cōnexione phyſica: & tamen hoc

ſecun-

ſecundum debitum non eſt ius, & primũ eſt ius. Demum illa connexio phyſica non ſufficit ad acquirendum ius niſi fiat ex animo acquirendi ius; ſi enim aliquis apprehendat gemmam in littore maris ſine tali animo, non euadet dominus illius, & tamen habebit connexionem phyſicam cum gemma: ergo in prædicta doctrina debet dici quod *ius* ſit *præferibilitas propter connexionem phyſicam ex animo acquirendi ius*, atque adeò explicatur *ius* per *ius*, & committitur circulus.

16 Vt ergo explicemus, quid ſit *ius* illud quod eſt proprium iuſtitiæ, animaduertendum eſt, *ius* vniuerſim, pro vt comprehendit ius iuſtitiæ, & obedientiæ, eſſe poteſtatem obligandi

gandi alterum ad aliquam, actionem, vel omiſsionem, per voluntatem ipſius habentis ius. Voluntas porrò obligatoria poteſt eſſe duplex; alia, volens, oppoſitum alicuius actionis, & omiſsionis eſſe illicitum ex motiuo ſui placiti; & hæc obligat ex iuſtitia: alia volēs, id eſſe illicitū ex motiuo boni reſultantis obligato, aut illi communitati cuius obligatus eſt pars, & hæc eſt obligatoria ex obedientia; poteſtas obligādi primo modo, eſt *dominiū*, ſeu *ius iuſtitiæ*. Poteſtas obligandi ſecundo modo eſt *iuriſdictio*, ſeu *ius obedientiæ*: vtraq; poteſtas primò inuenitur in Deo; nam propter ſuam omnipotentiam, & dignitatem meretur vt beneplacitum ipſius

præ-

præferatur beneplacito, & bono cuiuſcumq; creaturæ; & propter ſuam ſapientiam, & bonitatem meretur, vt quidquid ipſi diſplicet propter noſtram vtilitatem, id tanquam noxium repudietur à nobis.

17 Si tamen voluntas habentis pro motiuo bonum obligati æquiualeat voluntati habenti pro motiuo placitum obligantis, obligabit ex iuſtitia; hæc autem æquiualentia conſiſtit in eo, quod Dominus, licèt velit obligare ſubditum in bonum ipſius ſubditi, velit tamen illum obligare eo genere obligationis quo obligaret ſi haberet pro motiuo proprium placitũ, & nihil aliud declararet circa ſpeciem obligationis. Similiter voluntas habens pro

motiuo bonũ obligantis, obli-gabit ex obedientia, ſi habeat æquiualentiam per quam ſu-perior velit obligare ſubditum eo genere obligationis, quo o-bligaret, ſi intenderet bonum ipſius ſubditi (quod bonũ verè contineatur tunc in prædicta obligatione) abſque alia expli-catione circa ſpeciem obliga-tionis.

18 Per reſpectum ad ius iuſtitiæ hactenus explicatum poteſt aliqua actio eſſe iuſta dupliciter; negatiuè ſcilicet & poſitiuè. Actio iuſta negatiuè eſt illa, quæ non eſt contra ius alterius, ſeu quę non eſt illicita tanquam repugnans voluntati alterius intendentis formaliter, vel æquiualenter proprium bo-num, vel placitum. Hoc pacto

actio,

actio, qua aliquis comedit cibum ſuum, eſt iuſta negatiuè; Actio iuſta poſitiuè eſt illa, quæ ideò eſt licita (niſi aliunde inhoneſtetur) quia conformatur cum voluntate alterius, intendentis formaliter, vel æquiualenter ſuum bonum, vel placitum; ità ſolutio debiti eſt actio poſitiuè iuſta: Sicut verò datur *iuſtum poſitiuum*, & *negatiuum*, ſic datur *ius poſitiuum*: & *negatiuum*: ius negatiuum eſt poteſtas faciendi actionem, vel omiſſionem non ideò illicitam (diximus *non ideo illicitam*, ne excludamus omne *illicitum* etiam prouenięs ex oppoſitione cum aliqua alia virtute; quomodo eſſet illicitum comedere intemperanter proprios cibos &c.) quòd non conforme-

tur cum voluntate alterius potentis illā reddere illicitam ex ſolo motiuo ſui placiti. Ita habet aliquis ius negatiuum ambulandi. Ius poſitiuum eſt poteſtas reddendi alteri illicitam aliquam actionem ex ſolo motiuo ſui placiti: Ità creditor habet ius poſitiuum ad ſolutionē debiti, quia poteſt debitori reddere illicitā omiſſionem actionis ſolutoriæ ex ſolo motiuo ſui placiti. Hoc ius poſitiuum eſt obiectum iuſtitiæ, cum quo iure vult illa ponere æqualitatem.

19 Ius porrò poſitiuum primò eſt in Deo reſpectu omnium creaturarum, & à Deo communicatum eſt creaturis rationalibus. In hominibus aliud ius eſt primæuum, & nō

ſuppo-

ſupponens ius in alio homine; aliud non primęuum, & ſupponens ius in alio homine; Secundi generis ſunt omnia iura, quæ per donationem, emptionem, & quodcunque aliud pactum comparantur: Cū enim non poſſit quis donare, vendere, vel per quemcunque contractum transferre dominium rei non ſuæ, ſupponitur antecedenter ad talia iura aliud ius, in donante, & vendente. Res, quarum ius, & dominium habemus, ſunt duplicis generis, quædā enim determinato ſingularis perſonæ dominio addixit Natura, vt illi eſſent inſtrumenta felicitatis acquirendæ, cuiuſmodi ſunt potentiæ, mēbra cuique intrinſeca, e.g. manus, oculi: hæc verò primo &

principaliſsimè *noſtra* ſunt, cũ ſint pars noſtri: & ſunt maximè *propria*, hoc eſt maximè *propè* nos, vt potè intrinſecè vnita. Alia ſunt quæ nullius determinato dominio addixit Natura; cuiuſmodi ſunt exteriora bona. His ſoli homines indigent, non Angeli, vt potè qui per ſua intrinſeca ſine vllis externis adminiculis ſufficientes ſunt ad viuendum, & ad felicitatem conſequendam cum gratia Dei.

20 Hæc ipſa bona externa ſunt in duplici claſſe; prima claſsis eſt eorum bonorum, quę vt inſeruiãt humanæ fœlicitati non debent addici vni potius homini, quàm alteri, vt aër, &c. ſecunda claſsis eſt eorum, quæ non poſſunt ad felicitatem inſer-

ſeruire niſi alicui nominatim addicantur, aut paucis, vt cibus, veſtis, domus, &c. Hæc poſteriora voluit natura diuidi inter homines. Diuiſio tamen, quæ facta eſt ideò dicitur eſſe de iure gentium, non de iure naturę, quia ex conſenſu gentium eſt executioni mandata vno potiùs; quàm alio modo. Modi quibus natura voluit fieri hanc diuiſionem, & acquiri primò rerum dominia, dicuntur à iuriſtis *de iure gentium*, quia *ius naturæ* plerumque vocatur ab illis tantū id quod verſatur circa actiones quæ ab alijs etiam animalibus fiunt ex inclinatione naturæ. Cuiuſmodi ſunt, prolē ſuſcipere, & nutrire; ius verò, quod verſatur circa actiones peculiares gen-

tis humanæ(præſertim ſi non ſupponant Cōſtitutionem, Reipublicæ, ſed conueniant hominibus etiam antecedentèr ad ſubiectionem cuicumque Principi, vel Magiſtratui cuiuſmodi eſt rerum diuiſio) licèt fiant dictante natura, vocatur *ius gentium primarium*.

21 Modi per quos primò dominium rerum acquiritur, ſunt illi, per quos aliquid ponitur in humano commercio, vel redditur aptum ad vſus humanos, cùm antea non eſſet. Fuit enim id rationabile præmiū à natura cōſtitutū, quo vnuſquiſque alliceretur ad ditandū genus humanū ex illicio ditandi ſe ipſum. Reducuntur iſti modi ad venationē, inuentionem, & effectionem. Feræ, e.g. acqui-

run-

runtur per venationem, gemmæ per inuentionem, domus per effectionem. Cùm iſtæ res rurſus egrediuntur ex humano commercio, amittuntur: ideò dominium eorum animalium, quorum natura fera eſt, perditur eò ipſo quod redeant in naturalem libertatem; & quicumque ea rurſus capit, qnia rurſus illa reponit in commercio humano, euadit dominus ipſorum. Animalia cõtrà mãſueta nõ amittuntur à domino, ſi egrcdiantur è cuſtodia; nec acquiruntur ab eo qui illa rurſus capit, quia cum non ſint apta viuere extra commerciũ humanum, proinde nec per fugam egrediũtur è commercio, nec per captionem ponuntur in commercio.

22 Ex hac eadem doctrina redditur ratio à priori, cur ex debitis incertis quæ quis contraxit ex delicto; e.g. ex vſura, vel furto; poſt quam nulla ſpes eſt inueniendi dominum, vel creditorem, teneatur debitor facere eleemoſynam: ratio eſt, quia nec ſunt ſicut bona derelicta, quæ ex intentione prioris domini cenſentur fieri occupãtis; cum creditor in his ſibi ex alieno delicto debitis, nunquã habuerit talem intentionem; nec eadem ſunt in humano cõmercio beneficio debitoris, ſed potius propter eius delictũ extracta ſunt à commercio, & dominum amiſerunt. Sũt proinde in dominio reipub. quæ vult, ea in pauperes diſtribui tanquam in cæteris egentiores:

voluit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Voluit tamē committere eorū electionem arbitrio debitoris, vt ipſum magis ad reſtitutionem alliciat: quod ſi debitor pauper ſit, poteſt ea applicare ſibi ipſi.

23 Explicato *Iure*, facilè eſt iuſtitiam exactè definire, per genus, & differentiam. Eſt ergo iuſtitia *virtus moralis ad alterum, habens pro menſura voluntatem alterius, potentis, ex ſolo motiuo ſui placiti reddere inhoneſtam actionem oppoſitam*: ſingulas definitionis voces explicabimus. *Virtus*, eſt *diſpoſitio perfecti ad optimum*: debet eſſe diſtincta ab eo, cuius eſt virtus, vt potè ipſius diſpoſitio: debet aliquo modo inclinare ad agēdum; cùm optimum naturæ ſit agere, & operari: debet non

eſſe optimum, cum ſit diſpoſitio ad illud: Ideo fælicitas, quę eſt optimum, non eſt virtus, ſed aliquid maius virtute; vt ait Ariſt. ideò etiam in Deo nō eſt virtus propriè, cum Deus ſit ipſum optimum, & non diſponatur ad id per vllam diſtinctam diſpoſitionem: eſt tamen in Deo virtus analogicè, & ſeclusis imperfectionibus. Potentia etiam peccandi, quà talis, non eſt virtus, quia quà, talis non diſponit ad optimum, licèt poſſit vocari virtus quatenus illa eadem nunquam præſcindit in ſuo conceptu ab hoc quod eſt *eſſe potētiam benè agendi; poſſe enim peccare* eſt *poſſe liberè deficere ab eo bono, ad quod tenemur;* adeoque *quod poſſumus amplecti*. Et ſic potentia peccan-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

di non ſolũ realiter, ſed ne formaliter quidem diſtinguitur à potentia bene operandi. Caſtitas coniugalis eſt virtus, non quatenus excludit celibatum, quod eſt melius matrimonio, ſed quatenus excludit omnem copulã extra coniugium, quæ excluſio eſt pars optimi poſsibilis, adeòque diſponit ad optimum, vel ad eius partem.

24. *Virtus moralis* eſt diſpoſitio ad actus morales bonos. *Actus moralis* in genere, eſt actus, qui fit cũ libertate,& deliberatione. Diuiditur in bonum, malũ,& indifferentẽ,(ſi tamen poteſt dari actus moralis indifferẽs.) Bonus eſt, qui cõfirmatur liberè cũ voluntate diuina, quæ eſt prima regula boni: Malus eſt, qui liberè diſcrepat ab eadẽ

prima regula: Indifferens, qui ei neque eſt poſitiuè conformis, neqne eſt poſitiuè difformis. Voluntas Dei præcipiens in bonum noſtrum, obligat ex obedientia; præcipiens ex ſolo motiuo ſui placiti, obligat ex iuſtitia. Eadem voluntas, dũ præcipit ea, quæ determinatè præcipi natura exigit; e.g. abſtinere à copula extra coniugium, condit legem naturalem, per quam legem præcipiutur omnia, quæ toti reipub, indiuiduorum rationalium exiſtentium, & poſſibilium expedit præcipi, & prohibentur omnia, quæ expedit prohiberi. Dum verò præcipit ea, quæ non exigũtur determinate à natura, condit legem poſitiuam. Deus dum obligat ex Iuſtitia (ſi vnquam

id contingit ) obligat etiam ex obedientia ; cum enim vt legiſlator ponat omnem legem, quam expedit poni, & cum expediat poni legem obligantem ex obedientia ad faciendũ id, ad quod tenemur ex iuſtitia , iſtam legem ponit de factò .

25 *Virtutes ad alterum* non differunt à virtutibus *ad ſe* per hoc quod illæ vtcumq. ordinẽtur ad bonum alterius: Omnes enim virtutes , etiã *ad ſe*, aliquo modo ordinãtur ad bonũ alterius , cum habeant pro obiecto *honeſtum* ; *honeſtum* autem ſit, quod omnibus agẽtibus rationalibus expedit eſſe honeſtum. vt explicatũ eſt in *libro de actibus humanis* . Ideò etiam fortitudo, & temperantia, licèt non

ſint

ſint virtutes ad alterum, menſurantur ex bono communi: Prohibet enim temperantia fornicationem ne proles ſit incerta; auerſatur exquiſitas voluptates guſtus, & tactus, quia cũ appetitus acerrimè feratur in illas, & cũ quædã tales ſint, vt ſi poſſideantur ab vno, cœteri impediãtur ab huiuſmodi delectationibus, debuit eſſe honeſtum ab ijs abſtinere, ne iurgia, & contentiones naſcerentur. Ideò illæ delectationes quæ etiam ſi ab vno poſsideantur, poſſunt ab alijs poſsideri; cuiuſmodi ſunt fricationes in palæſtris, ſedatio ſitis per aquam, & ſimiles non ſunt contra temperantiam; niſi in quantum obsũt ſanitati, vel cauſant alia mala, aut bona impediũt.


UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Idem valet proportionaliter in fortitudine, alijſque virtutibus ad ſe. Differentia ergo virtutum ad alterum à virtutibus ad ſe, conſiſtit in eo, quod primæ per ſuã executionem reſpiciant immediatè aliquod bonum, vel gaudium inde reſultans alteri, poſteriores verò non reſpiciant alienam vtilitatem ſecũdum actuale exercitum. Ità in honeſtum eſt fornicari, etiam in caſu, in quo nulli noceat, & proſit, proli alioquin non naſcituræ. Adhuc enim, noceret, talẽ fornicationem eſſe licitam; cũ, ſi homines poſſent licitè extra coniungium habere voluptatẽ copulæ, nollent inire matrimoniũ vt pote quod affert maxima onera. At vſus virtutũ ad alterũ habet hoc peculiare vt sẽ-

per

per afferat alteri vtilitatem, vel gaudium, vt patet in exercitio iuſtitiæ, fidelitatis, charitatis, &c.

26 Inter virtutes tamen ad alterum ſola iuſtitia habet *pro menſura voluntatem alterius* Cuius ratio à priori deſumitur ex definitione iuris poſitiui, quod eſt obiectum iuſtitiæ. Nã ius illud nihil aliud eſt quam quædam extenſio dominij moralis, vltra dominium phyſicũ. Ità Deus non habet in poteſtate phyſica, quod ego in his circumſtantijs, cum tanta gratia, & non maiori, nõ peccem, habet tamẽ hocipſum in poteſtate morali, cùm ad id me obliget. Dominus ſimiliter non habet in poteſtate phyſica quòd ſeruus potens egredi domo cõtra

eius imperium, domo nō egre-
diatur; habet id tamen in morali. Cum ergo ius poſitiuum conſiſtat in explicata extenſione dominij moralis vltra fines proprij dominij phyſici, non poteſt habere aliam menſurā, quàm voluntatem illius qui tali iure potitur; eſſentia quippè dominij ſita eſt in eo vt actio fiat ſecundum voluntatem domini. Aliæ virtutes ad alterū diſtinctæ ab obedienria (de cuius diſcrimine à iuſtitia dictum eſt) non habent pro menſura voluntatem alterius, ſed intendunt aliquid, quod illi ſit bonū independenter ab eius voluntate. Vnde poteſt aliquis teneri ex charitate ad faciendum bonum etiam nolenti; ex iuſtitia non poteſt teneri ad faci

ciendum bonum , niſi volenti.

## CAPVT III.

*De violatione Iuſtitiæ, hoc eſt de Iniuria; quomodo inferatur infanti, impuberi, conſentienti, nõdum natis: & de voluntate formali vel virtuali requiſita tum in ordine ad iuſtitiam, cum ad obedientiam.*

27 AD iniuriam non requiritur vt Dominus ſit poſitiuè inuitus, ſed ſatis eſt ſi abſque cõſenſu ipſius fiat aliqua actio cuius dominium morale eſt apud ipſum. Sicut enim actio nõ poteſt fieri phyſicè ſine influxu illius in cuius poteſtate phyſica eſt, ità non poteſt

poteſt fieri moraliter ſine concurſu illius voluntatis in cuius poteſtate morali eſt. Ideò definitio furti latè accepti tradita à Iuriſtis, quod nimirum ſit *cōtrectatio rei alienæ inuito domino, ex animo lucrandi*, explicanda eſt negatiuè, vt ly, *inuito domino* ſignificet *non conſentiente* ſicut, è contrario definitio Ariſtotelica violenti, *quod procedit ab extrinſeco, nullam vim conferente paſſo* à multis explicatur poſitiue ità, vt ſignificet *reſiſtēte paſſo*. Illam porrò Iuriſtarum definitionem indigere hac explicatione eſt certum: Alioquin infanti, qui non poteſt eſſe inuitus, non poſſet fieri furtum; neque poſſet etiam furtum cōmitti iu hæreditate iacente, quam nemo adhuc adiuit, ac

proin-

proinde quæ caret domino. Et licèt reſpondeant, hæreditatem iacentem eſſe in dominio perſonæ fictæ, quam lex ſupponit, tamen ſi res explicetur ſine fictione, ac metaphoris, quando nemo eſt dominus, iniuria fit omnibus ijs, qui habent ius adeundi iacentem hæreditatem. Quod ſi hi nō ſint adhuc nati, (vt ſi quis dilapidaret fidei commiſſum relictum filijs naſcituris,) iniuria fit reipublicæ, apud quam eſt illud ius. ſed reſtitutio eſt facienda filijs naſcituris. quia id ipſum vult reſpublica.

28 Quod ſi furtum fiat infanti, iniuria quidem fit ipſi, ſed non quatenus fit contra voluntatem ipſius, ſed quatenus fit contra voluntatem reipubli-

pnblicæ. Cum enim infans nõ habeat voluntatem;non poteſt eius voluntas eſſe regula earũ actionum;quæ ſunt in dominio infantis de iure gentium. Et licèt dicant aduerſarij, illud furtum eſſe contra voluntatem, quam præſumitur infans habiturus ſi polleret vſu rationis; tamen hæc reſponſio refellitur, quia etiam ſi ego, per reuelationem Dei haberem certitudinẽ, quod ſi infans haberet vſũ rationis conſentiret,facio iniuriam furando; ergo iniuria nõ fit ex eò, quia actio ſit contra voluntatem præſumptam;alioquin, cùm præſumptio non valeat vbi eſt certitudo de oppoſito, in prædicto caſu non fieret iniuria. Infans ergo habet quidem dominium etiam bonorũ

exteriorum, cum dicat Apoſto-
lus: *quanto tempore hæres paruu-
lus eſt, nihil differt à ſeruo, cùm
ſit dominus omniũ*: verũ tamẽ
cum harum rerum dominium
non poſsit obtinere modis il-
lis, quos natura conſtituit, per
propriam voluntatem, obtinet
illud per voluntatem reipubli-
cæ, & de iure gentium.

29 Reſpublica enim ità eſt
conſtituta ab hominibus, vel
potius à Deo, vt ſit domina om
nium rerum exteriorum quò
ad aliquos effectus; poteſt enim
illas in caſu neceſſitatis in ſuã
vtilitatem conuertere. Auctori-
tate huius reipublicæ applicã-
tur bona infanti poſt mortem
patris, perinde ac ſi ille infans
aliquo ex modis inſtitutis à le-
ge naturæ acquiſiuiſſet ſibi illa
bo-

bona; & redditur iniuſtum vnicuique eadem bona contrectare cum damno infantis,& in quolibet caſu in quo prudenter ille cenſeretur inuitus. Per furtum tamen iniuria fit infanti, non reipub. licèt fiat contra voluntatem reipub. non infantis; quia infans eſt dominus in ordine ad illas actiones. Quod ſi aliquis accipiat bona impuberis ex eius conſenſu, adhuc illi facit iniuriam;quia reſpublica reddidit talem conſenſum nullum, vnde contrectat,rem alienam ſinè conſenſu valido domini. Si verò accipiat rem minoris ex dono, & voluntate ipſius ſine legitimis ſolemnitatibus, non facit iniuriam, ſed facit contractum irritabilem arbitrio domini, quia ſic reſ-

publi-

publica conſtituit.

30 Non tamen omnes a-ctiones, quæ fiunt circa corpus, aut bona carentis vſu rationis, ſunt iniuſtæ eo quod deficiat poſitiuus domini conſenſus: nõ enim ille eſt à natura cõſtitutus dominus in ordine ad eas actio nes quas licitas eſſe eſt in apertum bonum ipſius: hoc quippe dominium eſſet illi noxiũ. Quo circa, ſi ad vitam pueri ſaluandam neceſſe ſit illum magno dolore afficere, aut eius digitũ ſecare, non fit illi iniuria, etiam ſi per reuelationẽ Dei ſciretur quòd ſi puer vteretur voluntate, id non permitteret.

31 Colligitur ex dictis, diſcrimen inter vitandam iniuriam, & inobedientiam non cõſiſtere in eo quòd ad vitandã

iniu-

iniuriam ſufficiat, dominum non eſſe poſitiuè inuitum, ad vitandam inobedientiam requiratur ſuperiorem eſſe poſitiuè volentem hic & nunc diſpenſare. Nam tam in materia iuſtitiæ, quàm in materia obedientiæ requiritur voluntas aliqua poſitiua, & in neutro caſu requiritur explicita, & formalis, ſed ſufficit implicita, & virtualis. Hæc porrò voluntas virtualis, & implicita, qua amicus e. g. conſentit in vſum ſui pallij, conſiſtit in hoc, vt dependenter à voluntate, quam habitualiter habet, & quam vltima vice formaliter habuit erga me, ſit ità diſpoſitus, vt illam non mutando, non poſſit phyſicè velle, vſum ſui pallij eſſe mihi

iniuſtum. Illud enim virtualiter volumus, quod non poſſumus nolle formaliter in ſenſu compoſito cum eo, quod formaliter volumus. Idem proportionaliter applicandum eſt materiæ obedientiæ.

32 Differentia tamē quædam materialis eſt inter iuſtitiā, & obedientiam, difficilius enim præſumi poteſt ſuperiorem eſſe contentum vt egrediar domo nō petita facultate, quàm præſumi poſſit dominum eſſe contentum, vt vtar pallio ſine explicito cōſenſu ipſius. Superior enim exigit cultum, quo ſubditus ſe illi ſubijciat petendo licētiam; & quia dare anſam iſtis præſumptionibus euertit regularem diſciplinam, & perfectionem obedientiæ, quam præſumitur

mitur

mitur ſuperior velle exactè cuſtodiri, non poteſt præſumi, illũ eſſe contentum vt ſubditi hæc faciant facultate non petita, Hæ verò rationes non valent in domino. Ad transferendum tamen dominium, ne formalis quidem voluntas ſufficit, niſi intimata. Non enim expedit, vt dominus priuetur iure & dominio niſi dederit ſigna exteriora, quibus conſtet, eum voluiſſe ſe tali iure priuare, & illud in alium transferre. Ius enim debet eſſe aliquid ſenſibile exteriùs; vt hoc modo poſſit iudex creatus de illo ſententiam ferre; atque adeo eſt commune axioma Iuriſtarum: dominia non debere eſſe in incerto: propter quã incertitudinem vitandam tanquam reip. noxiam,

inductæ ſunt præſcriptiones, per quas dominus legitimus priuatur ſuo dominio etiam ſine ſua culpa.

## CAPVT IV.

*De obligatione requiſita ad exercitium Iuſtitiæ commutatiuæ: vbi quomodo, ſit actus iuſtitiæ anticipata ſolutio; non verò iterata.*

33 IVſtitia commutatiua non ſupponit obligationem ità rigoroſam, vt ſi abſtineam ab actione peccē. Non ſatis id probatur, quia debitor, ſi anticipet ſolutionem, exercet actum iuſtitiæ, & tamen ſi tunc non ſoluat, non peccat. Nā reſponſio in prōptu eſt; verè enim tene-

tenetur tunc ſoluere quamuis non determinatè, ſed diſiunctiuè hoc eſt, vel tunc, vel poſt, dummodo intra tale tempus, ex.gr. intra menſem. Si enim debitor non teneretur ad ſoluendum ſub hac diſiunctione, poſſet creditor ſolutionem anticipatam recuſare; ſicut is, cui debetur canis, poteſt recuſare equum meliorem cane, & maioris valoris. At non poteſt creditor recuſare anticipatam ſolutionem, quia in obligatione diſiunctiua electio eſt debitoris; qui tamen, poſtquam debito ſatisfecit per vnam partem diſiuncti, non poteſt illam repetere, & velle ſatisfacere per aliam: & ideo debitor qui anticipatè ſoluit, nō poteſt poſtea repetere, & velle ſoluere

in fine temporis conſtituti. Ad actum Iuſtitiæ requiritur obligatio perſeuerans, præſcindendo ab humana ignorantia; vnde qui ſemel ſoluit debitum, nõ poteſt ex motiuo Iuſtitiæ ſoluere per ſecundam ſolutionem; aliòquin is, qui ſemel debuit obolum alteri, poſſet ex motiuo iuſtitiæ dare illi totum aurum mundi, iterum & iterũ ſoluendo idem debitum. Ratio verò à priori eſt, quia non poteſt fieri ex motiuo Iuſtitiæ, vel alterius virtutis illa actio, quæ nullo modo promouet illius virtutis finem: ſecunda verò ſolutio non promouet æqualitatem, quæ finis eſt iuſtitiæ. Ex hac ratione à priori infertur, quod ſuppoſita humana ignorantia, poteſt quis ex motiuo Iuſtitiæ

ſatiſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſatisfacere per ſecundam ſolutionem debiti in caſu, in quo dubitet an ſatisfecerit pet primam ſolutionem. Iuſtitiæ enim finis eſt ſolutio perfecta, adeoq; certa. Ex eadē ratione poteſt quis ſoluere ex motiuo Iuſtitiæ in circūſtantijs, in quibus nō tenetur, ex eò quod ſoluere non poſſit ſine magno incōmodo.

34 Vlterius etiam infertur poſſe aliquem ex motiuo Iuſtitiæ ſoluere pecuniam pro abſciſſione brachij iniuſtè à ſe facta: licèt enim non teneatur ad reſtituendum brachium, quia nō poteſt, nec ad dandam pecuniam, propter rationes inferiùs explicandas; tamen quia maior eſt inæqualitas ſi læſus nihil accipiat, quam ſi accipiat pecuniam; poteſt aliquis ex affe-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctu Iuſtitiæ, hoc eſt minuendi inæqualitatem, dare pecuniam quãuis enim pecunia nõ habeat proportionem partis aliquotæ cum brachio, tamen magis diſtat à bono ſtatu, in quo erat is qui caret brachio, & non accepit pecuniam, quam qui caret brachio, & accepit pecuniam. Sicut ex.g. ſi abſtuliſſem ſuperficiem (finge hunc caſum, non tanquam poſſibilem, ſed tanquam aptum ad explicandum) carentem lineis, & non poſſem reddere niſi lineã, poſſem hanc reddere ex motiuo Iuſtitię, quia magis diſtat à nihilo qui caret linea, & ſuperficie, quam qui habet lineam, quamuis carentem omni proportione cum ſuperficie.

35 Ex eadẽ ratione à prio-

ri infertur diſparitas inter Iuſtitiam, aliaſque virtutes; licèt enim poſsit quis, poſtquàm fecit id, ad quod obligatur ex temperantia, facere aliquid plus ex motiuo temperantiæ, quod idē valet de obedientia, alijſque virtutibus; tamen poſt quam ſatisfecit debito Iuſtitiæ, non poteſt facere aliquid plus. Ratio eſt, quia etiam poſt quā ſatisfecit debito temperantiæ, ſi relinquat aliquid cibi promouet finem temperātiæ. Sed poſt quam ſatisfecit debito Iuſtitiæ, & poſuit perfectam æqualitatē, ſi ponat aliquid plus, non promouet æqualitatem, quæ eſt finis Iuſtitiæ; ergò, &c. Hinc verò retorquetur argumentum, quod aduerſarij faciūt, vt in dicauimus, ex paritate aliarum

virtutum; quia ſicut qui perfectè aſſecutus eſt finem temperantiæ in moderatione cibi, nō poteſt ex motiuo temperantiæ adhuc plus cibi relinquere, ſic in caſu noſtro.

36 Confeſſio tamen Sacramentalis iterata eiuſdē peccati eſt licita, & vtilis, quamuis peccatum illud fuerit remiſſum in prima confeſſione. Cùm enim virtus pœnitentiæ ſit inſtituta vt homo per humiliationem erga Deum ſemel offenſum recipiat vtilitatem ab ipſis peccatis, & arctiori vinculo amicitiæ vniatur Deo per gratiam ex natura ſua deletiuam peccatorum, patet, iteratam confeſſionem non eſſe inutilem ad finem huius virtutis, ſicut iterata ſolutio eſt om-

minò

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ninò fruſtratoria in ordine ad finem iuſtitiæ. Neque in iterata confeſſione falſificatur forma Sacramenti, cum Sacerdos abſoluit à peccatis, quorum vincula iam ſunt ſoluta per primã confeſsionẽ: ſic enim ille, qui iã condonauit iniuriam, nõ mentitur ſi iterum, & tertiò dicat *condono;* quia iterum ſe obligat ad non exigendum aliquid, quod cum aliquando potuerit exigere, non exegit. Cuius ratio à priori eſt, quìa *condonare, remittere, & abſoluere,* ſignificãt obligationem non vtendi aliquo titulo, qui non habuit ſuũ effectum. Cum ergo Deus per ſecundam abſolutionem ſe liberaliter obliget ad non vtendum titulo puniendi, qui non habuit ſuum effectum, verè ſe-

cundò cōdonat,remittitq. pec cata, & ab ijs abſoluit. At per primam ſolutionem titulus iuſtitiæ iam habuit ſuum effectū, & eſt adimpletus;ergo ſecuuda ſolutio nō eſt actus iuſtitiæ. Dicere enim *abſoluo, condono, &c.* ſupponunt quidem pro ſui veritate obligationem præcedentem; item ſupponunt huic obligationi non fuiſſe ſatisfactū per illam actionem phyſicam, ad quam debitor obligabatur. Nam idem eſt dicere *condono*, ac dicere: *ſum contentus, vt tu non facias id, ad quod faciendum fuiſti obligatus erga me*. Id verò eſſet falſum ſi debitor iam feciſſet totum id, ad quod obligabatur. Non tamen hæc verba, *abſoluo condono, &c.* ſignificant; *ſum contentus vt non facias id, ad*

quod

*quod actu erga me obligaris*, vt patet ex vſu reiterabili iſtorum nominum in commercio humano, ex quo vſu conſtat vocabulorum ſignificatio: Sed ſignificant; *ſum contentus*, vt *non facias id, ad quod ſaciendum erga me obligabaris, & quod non feciſti, præſcindendo ab hoc, quod antea habuerim hanc eandem voluntatem deletiuam tuæ obligationis, vel non habuerim.* Quod autem ea verba ſignificent, debitorem non præſtitiſſe id, ad quod re ipſa tenebatur: conſtat pariter ex vſu loquendi: nemo enim dicit: *condono tibi illud debitum, quod mihi ſoluiſti.*

CA-

# CAPVT V.

*De Aequalitate, quam intendit Iuſtitia commutatiua, vel Diſtributiua vel à principio, vel poſtea: vbi multa de regimine humano. Et an hæ iuſtitiæ ſint in Deo; & de earum diſcrimine.*

37 IVſtitia commutatiua nō ſolum intendit æqualitatem cum debito qua tenus tribuit vnicuique, quod ſuum eſt, ſed etiam per ſuas leges à principio inter res rationales diuerſæ ſpeciei poſuit æqualitatem non arithmeticam, ſed geometricam bonorū. Natura enim vnicuique ſpeciei addixit bona conuenientia ſecun-

cundum menſuram ſuæ perfe-
ctionis entitatiuæ: in quo ſenſu
docet S. Dionyſius & S. Thom.
Deum in productione cuiuſcū-
que creaturę exercuiſſe iuſtitiā.
Iuſtitia cōmutatiua humana,
de qua ſola locutus eſt Ariſto-
teles, intendit æqualitatem
arithmeticam inter homines,
non quidem perſeueraturam,
& quò ad effectum, ſed quò ad
leges. Conſtituit enim quaſ-
dam leges, ratione quarum
præſcindendo à caſibus fortui-
tis, & à voluntaria diſpoſitione
hominum, non ſit ditior, & foe-
licior vnus, quàm alius.

38 Creauit enim Deus om-
nes animas omninò ſimiles,
cum æqualibus potentijs, ac ta-
les, vt ſingulæ poſſint ſortiri cor
pora meliora, vel deteriora pro

varijs

varijs caſibus fortuitis, hoc eſt pro varia diſpoſitione ſeminis, nec non conſtellationibus Cœli, & pro varijs actionibus, quas exercuerunt parentes. Quò ad poſſeſsionem tamen bonorum noluit ponere quandam conſtantem, & inuariabilem æqualitatem; quia illa eſſet maximè noxia reipublicæ, cum in eo caſu nemini prodeſſet frugalitas, vel induſtria, & ſic omnes torperent, ac viuerent ſine parſimonia, adeòque in maxima paupertate. Illam ergo ſolùm æqualitatem voluit, quæ vtilis eſſet reipublicæ. Nimirum vt nemo, ex aliena violentia, vel caliditate, aut ex propria ignorantia, vel ex paſſione aliqua momentanea in paciſcendo redigeretur ad inopiā. At voluit

vt poſſet dari inæqualitas ex caſibus fortuitis, ex induſtria, ex virtute, aut vitio, ex aliena liberalitate, vel ex propria ſocordia, ac prodigentia ſua bona dilapidantium. Et quidem quod poſſet dari inæqualitas ex fortuna, fuit neceſſarium propter multa, ſed præcipuè vt homines venerarentur Deum, à quo nominatim putant pendere omnes caſus fortuitos. Quòd poſſet dari inæqualitas per alienam liberalitatem, fuit vtile ad nectendos mutuò animos per beneficia. Quod poſſet dari ex propria ſocordia, vel induſtria, fuit vtile ad acuēdam diligentiam, & fouendam parſimoniam in conſumptione bonorum. Item ex virtutis præmio vel vitij ſupplicio ad illecebram

bram primæ, & ad terrorem ſecundi.

39 Datur inter homines, & Angelos aliqua iuſtitia commutatiua, non æquè tamen ſtricta, ac perfecta, ſicut illa, quæ inuenitur inter homines; quandoquidem iuſtitia inter homines, & Angelos ſupponit naturalem inæqualitatem ante omnem caſum fortuitum, & arbitrarium. Ita ſi homo infamaret Angelum, vel Angelus hominem, facerent contra rigoroſam obligationem iuſtitiæ, & tenerentur ad reſtitutionem, quod eſt proprium iuſtitiæ cōmutatiuæ. Non tamen poteſt inter nos, & Angelos fieri cōmutatio diuitiarum; cum Angeli non poſſint habere bona, quæ commutent. Si enim cō-

muni-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

municarent ſcientiam, cū eandem ſibi retinerent, nulla ibi propria commutatio interueniret: præterquamquod probabilius videtur, quod in pura natura, ad prouidentiam Dei, & rectam hominum gubernationem ſpectaret facere, ne Angeli immiſcerent ſe rebus humanis, propter maxima, quæ alioquin ſequerentur incouenientia; ſed ſolum curam adhiberent circa vniuerſales Cœli, & elementorum motus.

40 Iuſtitia commutatiua, ſecundum Ariſtotelem, quem ſequūtur omnes, in hoc differt à diſtributiua, quòd exigit æqualitatem arithmeticam, cùm diſtributiua requirat geometricam. Explicat hanc differentiā Ariſtoteles per hoc, quia iuſti-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tia commutatiua intendit æ-
qualitatem inter duos tantum
terminos, hoc eſt inter datum,
& acceptum, diſtributiua verò
exigit æqualitatem inter qua-
tuor terminos, requirens, vt ſi-
cut ſe habet meritum ad meri-
tum, ità præmium ſe habeat ad
præmium. Verumtamen ad iu-
ſtitiam diſtributiuam non ſuf-
ficit ęqualitas geometrica; quis
enim diceret, ſeruari leges ip-
ſius in aliqua repub. ditiſſima,
in qua paruum quid eſſet aſſi-
gnatum diſtribuendum inter
ciues quamuis exactiſſimè ſe-
cundum æqualitatem geome-
tricam? Profectò cõquereren-
tur omnes, virtutem ibi non
benè compenſari.

41 Duo ergo requiruntur
ad iuſtitiam diſtributiuam. Pri-
mum

mum eſt vt magiſtratus ritè diſtribuant inter merentes omnia præmia ad id aſſignata à republica: Secundum, vt reſpublica ad id aſsignet tantam bonorum ſuorum partem, quantam aſsignari expedit ad fœlicitatem communem, ratione habita diuitiarum reipub. & aliorum ſumptuum neceſſariorum. Neq. enim omnes reſpub. debent aſſignare aliquid æquale arithmeticè; ſeu ſint pauperes, ſeu diuites. Imò neque in tali aſsignatione ſeruanda eſt æqualitas geometrica; ità vt quælibet debeat aſsignare e. g. quartam partem ſuorum bonorum; cum poſsit contingere, vt vni reipub. aliæ tres partes abūdè ſufficiant pro cœteris neceſſarijs impendijs, alteri verò nō

ſuf-

ſufficiant. Non poteſt ergo alia regula vniuerſim dari, niſi hæc, vt tantum aſſignetur, quantũ aſſignare expedit ad publicam fœlicitatem.

42 In hoc tamen ipſo inueniri poteſt proportio aliqua geometrica, quòd ſcilicet ita reditus publici diſtribuãtur in varios vſus, vt quam proportionẽ vtilitatis, aut neceſsitatis habet vnus vſus præ alio in ordine ad ſœlicitatem publicam, eandem proportionem habeat cura illius vſus præ alijs: item vt ſuppoſita hac proportione quãtum vnus ex iſtis vſibus requirit redituum præ alijs, tantò plus redituum illi vſui deſignetur. Ex quo fit dari aliquam veluti iuſtitiam diſtributiuam antecedentem, à qua menſuretur

tur

tur quam portionem redituum debeat ſortiri ipſum ærarium iuſtitiæ diſtributiuæ in remunerationem meritorum, & collatione præmiorum.

43 Licet verò pars hæc redituum debeat regulariter diſtribui ſecundùm proportionẽ geometricam, non tamen debet iſta proportio ſeruari in quolibet caſu; poſſet enim contingere vt aliqua reſpub. paruũ quid aſsignare poſſet in remunerationem meritorum; in eaque eſſet vnus, vel pauci, qui ità excederent meritis alios omnes, vt ſi in diſtributione ſeruãda eſſet omnimoda proportio geometrica, illi pauci ferè abſorberent totam illam pecuniã, ità vt, vix quidquã in alios diſtribuendum ſupereſſet; ne ergo-

go tunc tota illa pecunia diui-
deretur in paucos, lex publicæ
fœlicitatis exigeret, vt in tali
diſtributione non ſeruaretur ri-
gorosè æqualitas geometrica,
niſi in eo ſenſu, quem ſupra
expoſuimus circa publicorum
redituum deſignationem.

44 Ad Iuſtitiam diſtribu-
tiuam ſpectat non ſolum diſtri-
butio diuitiarum, ſed etiam
honorum, qui ſunt præmia ma-
gis propria virtutis. Huius boni
ærarium in republica eſt inex-
hauſtum. In ijs diſtribuendis ſer-
uanda eſt hæc regula, vt confe-
rantur vſque ad eum terminũ,
qui non nimis extollat ciues;
ità vt neque propiùs accedant
ad principem, vbi regimen eſt
monarchicum, neq. altiùs præ-
tergrediantur alios conciues,
vbi

vbi eſt regimen multorum. Ideò in honoribus Iuſtitia diſtributiua non exigit æqualitatem geometricam perfectã in omni caſu. Poteſt enim cõtingere, vt ſi aliquando hæc ſeruetur, magis aliquis extollatur, quàm expediat publicæ fœlicitati, quæ ſuprema lex eſt. In pœnis ferendis non eſt eadẽ ratio exigens æqualitatẽ geometricam, ſicut in præmijs. Licèt enim præmium, quod rependitur vni, præſertim in pecunia, imminuat facultatem rependendi præmium alteri, pœna tamen, quam vnus luit, non minuit facultatem alterũ puniendi. Et hæc eſt ratio quare abundent magis poenæ, quã præmia in repub. Rurſus non poſſunt poenæ augeri magis, &

magis in infinitum, ità vt de-
licto duplò maiori pœna du-
plò maior imponatur: quomo-
do enim inuenies pœnam
duplò maiorem pœna mor-
tis?

45 Iuſtitia diſtributiua de-
bet ſæpe in retribuẽdis premijs
ſeruare proportionem geome-
tricam propter paupertatem
reipub. retribuentis. Cum enim
hæc non habeat tantum pecu-
niæ, ac diuitiarum, vt poſſit
omnibus dare quantum me-
rentur, & ex alia parte iniquũ
eſſet ſeligere aliquos paucos,
quos plene remuneraretur, re-
linquendo cœteros ſinè vlla
remuneratioue, diſtribuere de-
bet præmia ſecundùm propor-
tionem geometricam, ità vt ſi-
cut ſe habet meritum ad me-
ritum,

ritum, ità præmium ſe habeat ad præmium. Porrò æqualitas geometrica propter hanc, eãdem rationem, propter quam ſeruatur in iuſtitia diſtributiua, ſeruanda eſt aliquando in cõmutatiua. Cùm enim cõtingit debitorem non poſſe reddere vnicuique quantum debet, nec inter creditores datur potior titulus, tenetur debitor diſtribuere ſua bona ſecundùm æqualitatem geometricam.

46 Non datur in Deo Iuſtitia diſtributiua rigoroſa: hoc eſt eiuſdem rationis cum noſtra; non quidem ex eo, quod non reſpiciat æqualitatem geometricam, ſed ex alio capite,

47 Fatemur quidem non reſpici à Deo proportionem geometricam primò, & per ſe,

in diſtributione præmiorum ſpectantium ad ſubſtantiam beatitudinis. Æque enim Deus remuneraretur Michaelē ex. g. ſi ipſe ſolus meruiſſet beatitudinem, ac eum remuneratur de facto. Cum enim Deus habeat ærarium inexhauſtum tum præmiorum tum pœnarum, non habuit neceſſe aſſignare aliquam certam portionem bonorum diſtribuendam inter merentes ſecundùm proportionem geometricam ſicut neceſſe habet humana reſp; nec proinde eſt veriſimile (quod putāt aliqui eruditi recentiores) id eum feciſſe. Ex hoc enim in rep. humana ſequitur id abſurdi, vt meritum, & bonum vnius ſit per accidēs damnum alterius: exquo naſci-

ſcitur motiuum inuidiæ, & deſiderij: ne alij virtutem amplectantur, idquè valde nocet publicæ fœlicitati: ſed propter ſuã inopiã, & impotentiã non poteſt id impediri à rep. humana. At in Deo, qui nõ habet hanc neceſsitatẽ, inueriſimilis videtur ea præmiorum aſsignatio, quæ efficiat vt merita vnius iuſti reddant minus felicem aliũ iuſtum, ac proinde quod aliquis dum deſiderat Deum intenſiſsimè amari, & honorari ab omnibus, deſideret id ex quo ſequatur vt ipſe habeat minorem amicitiam cũ Deo, minoremquè viſionẽ,& amorẽ eiuſdem in tota æternitate.

48 Neque pariter veriſimile eſt, quod aliqui indicarũt, ſcilicet, Deum exercere in præ-

mijs proportionem geometricam per ordinem, ad gratiam, & gloriam, quam habet Chriſtus. Tum quia in ſententia communi non ponente decretũ Incarnationis niſi poſt peccatum Adæ, vtique debuerũt Angeli, & Adam per actus bonos exercitos ante peccatum habere gratiam habitualẽ, quæ eſſet radix determinata tantæ gloriæ, & viſionis beatificæ independenter à proportione cum gloria Chriſti vtpote nõdum decreti: Tum quia valde veriſimilis eſt ſententia S. Thomæ, quam retulimus in materia de augmento charitatis, ſcilicet gratiam, & gloriam Chriſti eſſe improportionabiliter maiorem noſtra, ac proinde non poſſe eſſe menſuram geo-

geometricam noſtræ, quippe-quæ menſura debet habere proportionem cum menſurato. Denique videmur cōgruētiùs philoſophari de rebus ſupernaturalibus, ſi dicamus, meritum cōdignum reſpectu gratiæ, & gratiam reſpectu glóriæ habere exigentiam determinatam ex natura ſua & non pendentem ex arbitraria lege Dei. Ad hoc enim ipſum dantur dona ſupernaturalia intrinſeca, permanentia, & per modum habitus, vt creaturæ rationales obtineant perfectiori modo operationes ſupernaturales, hoc eſt ex perfectione, & iure intrinſeco, & non per exntrinſecam eleuationem.

49 Quamuis ergo verum ſit Deum non ſeruare propor-

tionem geometricam primo & per ſe in diſtributione pręmiorum niſi forte accidentalium, v.g. honoris, cuius bonitas cõſiſtit formaliter in ipſa excellentia, adeoque in comparatione; tamen nõ ex hoc capite vt diximus negatur Deo iuſtitia diſtributiua ſimilis noſtrę quoad motiuum: Siquidem ne noſtra quidem habet pro motiuo hanc æqualitatem geometricam, ſed potius eam adhibet ex quadam neceſsitate, & ab ea in multis recedit vt vidimus. Et Deus ipſe in aliquibus præmijs ſeruare illã poteſt.

50. Sed hæc iuſtitia diſtributiua ſimilis noſtræ circa finem negatur à nobis in Deo, ex alio capite, quod ſtatim exponemus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

51 Duplex eſt enim Iuſtitia diſtributiua: altera, quæ exercetur erga perſonas adæquatè diſtinctas ab ipſo remuneratore, vt cum reſpub. retribuit militibus exteris aliqua præmia ſupra ſtipēdium conuentum; & hæc Iuſtitia habet pro fine, non quidem promouere virtutem, & felicitatem eorum, quibus diſtribuitur, ſed reipublicę diſtribuentis, adeòque repugnat Deo, cuius fœlicitas augeri nequit. Altera eſt Iuſtitia diſtributiua, quam reſpub. exercet erga ſuos proprios ciues, ex quibus ipſa componitur; de qua ſolum diſputat S. Thomas 2.2. quęſt. 61. art. 1. in corp. & hęc diſtribuit bona vt communia, non tam per momodum remunerationis, quàm

diuiſionis, ſiue adæquent merita abſoluta, ſiue non, hanc enim adæquationem remuneratores humani neque conſiderant neque cognoſcunt, vt pote qui non poſſunt retribuere aliquid æquale virtuti, ſicut vidit Ariſtoteles, & cæteri Philoſophi etiam ethnici; neque ſciunt quantum nam ſit illud præmium, quod virtuti debeatur. Finis ergo huiuſmodi iuſtitiæ diſtributiuę eſt, in executione quidē, facere id, ad quod magiſtratus tenentur ex iuſtitia cōmutatiua cum tota rep; vel cum primis fundatoribus vt dictū eſt; eiuſdem verò iuſtitiæ finis in prima conſtitutione legum ad illam pertinentium eſt, vt tanta boua diſtribuantur virtuti, & meritis non quantùm

tùm ipſis debetur, ſed quantũ expedit ad conſeruationem reip; & hæc etiam iuſtitia diſtributiua Deo repugnat, vt potè qui eſt remunerator adæquatè diſtinctus à nobis, & non dat nobis pręmia communia, ſed quæ nullo pacto ſunt noſtra, reſpiciens in diſtributione præmiorum ſolùm magnitudinẽ abſolutam meritorum, non verò comparatiuam, neque per hanc diſtributionem alium finem intendens niſi vt quiſq; alliciatur aduirtutem, & tantum habeat fœlicitatis, quantum eius meritis debetur. Quã proportionẽ ſolus Deus videt, ſoluſque per ſuam potentiam in retribuendo ſeruare poteſt.

# CAPVT VI.

*De præcipuo actu iuſtitiæ commutatiuæ, hoc eſt de commutatione, & de præcipuo inſtrumento commutationis, hoc eſt de pecunia vbi latè de materia valore, & vtilitate pecuniæ, de humano commercio: & de malitia Auaritiæ.*

52 PRæcipuus actus, circa quem verſatur Iuſtitia commutatiua eſt commutatio. Hęc vt notat Ariſtoteles, ortū habuit ex eo, quod vnuſquiſque aliquibus bonis abundat, alijs indiget; ideòque per commutationem dat ſuperflua, & minus vtilia ſibi, accipit vtiliora, & magis neceſ-

ceſſaria. Ità piſtori ſuperfluũt panes, deſunt calcei; ſutori ſuperfluunt calcei, deſunt panes; commutant ergò panes cum calceis. Sed iſta immediata commutatio erat incommoda, dùm quod ſuperabundabat erat tale, vt ſimul excederet pretio, id, quod deerat, ſimul per diuiſionem amitteret, vel ſaltẽ minueret ſuam æſtimabilitatẽ. Quomodo enim qui haberet gemmam pretioſiſsimam, cõmutaret illam cum calceis? ſi dando totam gemmam, commutatio non foret æqualis; ſi partem, eò ipsò gemma per diuiſionem minuet valorem. Ideò fuit inducta pecunia, tanquam menſura communis cõmutationum; & tanquam fideiuſſor propter indigentiam, vt

ait Ariſtoteles:reddit enim ho-
mines ſecuros ab indigentia,
cùm poſsint pecunia compa-
rare omnia, quibus indigent.

53 Pecunia, præter prædictã
diuiſibilitatẽ in particulas, ante,
& poſt diuiſionẽ, debet etiã ha-
bere quaſdã alias conditiones.
Ac primo debet eſſe ex materia
reperibili apud omnes nation
inter quas intercedit commu
cõmerciũ, alioquin nationes i
la materia carentes carerẽt pe-
cunia, & cõmercij facilitate, a
cõmodis. Debet ſecũdo eſſe e
materia difficilè corruptibili, n
alioquin repẽte quis per corru
ptionẽ ſuę pecunię ex ditiſsim
euaderet pauperrimus, quod p
riculũ valde minueret pecuni
æſtimabilitatẽ. Debet tertio fa
cilè eſſe transferibilis, cùm vn
ex

ex præcipuis pecuniæ cõmoditatibus in hac facili transferibilitate cõſiſtat. Quantũ enim incõmodi eſſet ſi iter faciens deberet ſecũ ferre neceſſaria ad vitã? & tamen ea omnia in parua pecuniẹ summa defert. Debet quarto eius materia neque eſſe rariſſima, neq. frequentiſsima; ſi enim eſſet rariſſima, nõ ſuppeteret omnibus gẽtibus, ſi frequentiſsima, eſſet vilis, adeòq; ad permutationem rei magni valoris requireretur in magna copia, quod redderet illam difficilè transferibilem. Debet vltimò habere aliquam æſtimabilitatem intrinſecam prẹſcindendo à lege, & arbitrio: tum quia non poſſent alioquin in hac materia conuenire omnes nationes ſubditæ Principibus

diuer-

diuerſis;tum quia totam ſuam
æſtimabilitatem haberet à ſi-
gno Principis; adeòque Prin-
ceps haberet diuitias ſyncath
gorematicè infinitas. Eatenu
enim Princeps habet diuitias
pecuniamque finitam, quate
nus aurum & argentem qu
ſunt materia pecuniæ sũt qu
rarũ, ità vt non poſſit Princep
habere tantum auri, quantu
vult. Sed ſi materia monet
eſſet nullius pretij poſſet ha
bere materiæ quantum ve
let,eamque ſignare.Ergo poſſe
habere tantum pecunię,quan
tum vellet in infinitum. Ne
ſolum haberet diuitias infin
tas, ſed poſſet imponere ſubdi
tis vectigalia ſyncathegorema
tice infinitas. Signando enim
nouam monetam, poſſet red
dere

dere minus raram adeoque minus pretioſam pecuniā ſubditorū, ac proinde ſubditi pauperaſcerent, Princeps diteſceret quantùm vellet; Non expedit autem reipub. tanta principis poteſtas minuendi per ſignationem nouæ monetæ diuitias ſubditorum habentium ſuas facultates in pecunijs.

54 Hæ conditiones in nulla alia re magis concurrūt, quam in metallis, ac præcipuè in auro, argento, & ære; Ideòque gētes ferè omnes cōſenſerūt in ijs ſtatuēdis pro materia pecuniæ. Fuit verò vtile vt quędam huius materiæ particulæ ſignarētur ſigno publico, quod eſſet teſtimonium & puritatis metalli, & ponderis, vt ità liberarentur homines à moleſtia

pon-

ponderandi, & examinãdi puritatem metalli. Fuit etiam vtilè vt ſæuiſſimè punirentur qui ſimularent huiuſmodi ſignũ, cum talis ſimulatio & habeat illicium magnæ vtilitatis, ac facilitatis, & vergat in maximum commercij, ac publicæ fidei, & ſecuritatis damnum.

55 Regula enim iuſtæ legis punitiuæ eſt vt pœna habeat proportionem non tam cum malo quod attulit culpa, quam cũ malo, quod oriretur niſi homines arcerentur per timorem tantæ pœnæ à tali culpa. Ideo in aliquo caſu, & in quibusdam Rebus publicis per leges iuſtas, & laudabiles punitur grauius magnum furtum quam graue vulnus; licèt enim hoc ſecundum ſit pernicioſius

non tamen habet nec tantùm facilitatis, nec tantùm illicij, ac proinde nō requirit tantum terroris hæc inuitamenta compenſantis ne crebrò committatur.

56 Ex prædicta doctrina deſumitur etiam ratio cur in quibuſdam delictis magnum illicium minuit pœnam, vt in ijs, quæ fiũt ex ira, vel ex amore; in alijs auget vt diximus de furto, & adulteratione monetę. Diſparitas eſt, quoniam illiciũ proueniens ex ijs, quæ ſunt bona in genere medij, cuiuſmodi eſt pecunia, & ſimilia, non ita excæcat mentem, vt comminatio magnæ pœnæ futuræ nō ſit plenè vtilis ad retrahendũ. At verò illicium magnæ voluptatis præſentis & promiſſæ ab

ijs bonis quæ placent in ratio-
ne finis, ita perturbat cognitio-
nem, & minuit libertatem, v[illegible]
comminatio maximæ pœnæ,
ſed futuræ, & incertæ, non mul-
tum prodeſſet ad cohibēdum.
Pœna verò cum ſit per ſe ma-
la, quanrò grauior, tantò dete-
rior eſt niſi creſcat vtilitas e[illegible]
vi quam habet commina[illegible]
a[illegible] repellendum à delicto. Ide[illegible]
eiuſmodi criminibus modera-
ta ſolum pœna conſtitui de-
bet.

57 Solius monetæ propriu[illegible]
vſus eſt commutatio, vt ſapien-
ter aduertit Ariſtoteles, ideoq;
diuitiæ non conſiſtunt formali-
ter, & vltimò in moneta. Mu-
tata enim æſtimatione mone-
tæ locuples nummis euadere[illegible]
pauperrimus, & pateretur p[illegible]

nu-

nuriam alimenti, vt de Mida, eſt in fabulis. Licèt verò ſoli fines, non verò media expeti ſoleant in infinitũ, tamen pecuniæ, quamuis ſint pura media, expetuntur in infinitum, quia nunquam tot habentur, quot ſufficiant ad finem ad quem ſunt media, qui finis tãdem hic eſt, vt alij faciãt quod nos volumus.

58 Adhoc vt moneta in emptionibus, & venditionibus iuſtè permutetur, debet eſſe æqualis valoris, ac res, cum qua permutatur. Prima regula talis valoris non eſt conſuetudo vel æſtimatio humana; cum hæ debeãt habere aliquod fundamentum præcedens ad hoc vt ſint rationabiles. Neque poteſt eſſe bona regula, quòd

tanti æſtimetur tota moneta, quæ eſt in mundo, vel regno, quanti omnia bona vendibilia quæ ſunt in mundo, vel regno. Quis enim pecuniam, quæ eſt Romæ & in agro romano, æſtimet tāti quanti omnia prædia, ædificia, Iuriſdictiones, fructus, ſuperllectiles, & cętera bona, quæ ſunt in Vrbe, vel agro romano? Neque poteſt regula eſſe illa æſtimabilitas intrinſeca, quam habet metallum præſcindendo à numimate, & quam habuit ante inſtitutionem monetæ: Cum enim videamus, quod ſi auri & argentum cudatur, moneta imminuit ſuum valorem ex abundantia, & tamen remanet eadem æſtimabilitas intrinſeca metallorum, dicendum e-

va-

valorem monetæ diuerſum eſ-
ſe à metalli intrinſeca æſtima-
bilitate.

59 Probabilius ergo cen-
ſemus, tanti æſtimandam eſſe
pecuniam, in mundo, vel Re-
gno, quanti omnes merces to-
tius mundi, vel regni. Nomi-
ne porrò merciũ intelligimus
bona mobilia, quæ homines ra-
tione ſuperfluitatis habent pa-
rata ad vendendum; tanti er-
go valet tota pecunia, quanti
hæc omnia bona, tanti medie-
tas pecuniæ, quanti medietas
horũ bonorum, & ſic propor-
tionaliter procedendo. Ratio
verò eſt, primò quia non poteſt
poni alia menſura.

60 Nam præter alios mo-
dos dicendi ſupra reiectos, ſi
dicas menſuram eſſe omnia
bona

bona non qualiacumq; ſed parata ad vendendum abſolutè etiam comprehenſis immobilibus & laboribus operariorum, & ſimilibus, contra eſt manifeſta experientia, quæ oſtendit hæc bona multò pluris æſtimari, quam pecuniã realiter exiſtentem in qualibet regione. Si verò dicas menſuram eſſe aliquod additamentum factũ à lege valori intrinſeco metallorum, cõtra eſt; tum quia hoc ipſum refellitur ex ratione ſupra adducta, cur ſolus valor intrinſecus metallorum nõ ſit menſura valoris monetæ: Tum quia non poterit aſſignari cum aliquo fuadamento quanta nã fuerit additio valoris facta per leges, æſtimabilitati intrinſecæ monetarum; neque apparet
quo-

quomodo omnes reſpublicæ ſine cõmuni cõſultatione, & cõuentione cõcurrerint ab initio in additionem æqualẽ; Et tamẽ valor monetæ apud omnes reſp; inter quas eſt comerciũ, eſt idem, aut ferè idem præciſa inæqualitate prouenĩete ex inęqualitate raritatis. Noſtra ergo regula valoris intrinſeci monetę videtur omniũ probabiliſſima.

61 Accedit alia ratio, nimirum quia cõmutationes primò & per ſe non ſunt inſtitutæ niſi in bonis mobilibus, quę vni abundant, alteri deſunt; demũ quia qui abũdant mercicibus vendibilibus volunt illas conmutare cũ pecunia, & qui abũdant pecunia volunt emere merces: adeòque pecunia, & merces vendibiles debent eſſe

æqualis, vel penè æqualis valoris. Hinc eſt vt cum merces abundāt,& pecunia deficit, creſcat valor pecuniæ, decreſca[t] valor mercium; cum contra abundat pecunia, deſunt merces, creſcat valor mercium, decreſcat valor pecuniæ,& pauc[æ] merces commutentur cum magna pecunia.

62 At verò bona ſtabili[a] numquam venduntur tanq[uam] ſuperflua poſſeſſori, ſed tātū[m] venduntur propter maiorem neceſſitatem quam ipſe habe[t] de aliquibus mercibus. Et ide[o] ſola ſuperabūdantia mercium eſt prima menſura valoris in moneta.

63 Statuta porrò prima menſura valoris pecuniæ in ordine ad merces, facilè eſt ſta-

tue-

tuere valorem in ordine ad bona ſtabilia, & alia. Hæc enim omnia comparabilia ſunt cum mercibus. E. g. tantum prædiũ vel tantus, aut talis labor poteſt habere tantam æſtimabilitatem, quantam habet tantũ frumentum. Ergo eo ipſo habebit tantam æſtimabilitatem, quantã habet pecunia reſpondens illi frumento, quæ cenſeri proinde debet pretium æquale illi prædio, aut labori, &c.

64 Valor pecunię duplex eſt, intrinſecus & extrinſecus. Intrinſecus conſiſtit in hoc, quod nũmus aureus e.g. cõtineat aurũ tãtę perfectionis, & tanti põderis; extrinſecus in hoc, quod nũmus aureus cõmutetur cũ tredecim, vel cum quindecim argenteis. Et quia menſura in-

quibuſcunque rebus eſt quid minimum, vt ſapienter docet Ariſtoteles; inter pecunias verò vſuales minima in magnis commercijs eſt argentea, ideò moneta aurea menſuratur per argenteam, & cum nummus aureus valet pluribus argēteis quam antea, dicitur aurum creuiſſe in valore. Valor extrinſecus monetæ habet pro ſua menſura fundamentali monetas ipſas conſideratas non in ratione monetæ, ſed mercis; non quidem pro menſura æquali æqualitate arithmetica; id enim reiecimus; ſupra ſed æqualitate geometrica; ideò enim aurum e.g. valet decuplò plus quam argentum, quia eſt decuplò æſtimabilius argento in ratione mercis propter ſuam pul-

pulchritudinem, & raritatem.

65 Si creſcat valor extrinſecus monetæ, nõ tenetur mutuatarius reddere monetam eiuſdem ſpeciei æqualem acceptæ, ſed tantundem ex alia ſpecie, quantum ipſi monetæ mutuatæ correſpondebat tempore mutui, dummodò mutuum ſit factum tanquam de moneta, non tanquam de merce. Si e.g. Titius, det mutuos Sempronio centum nummos aureos, cum aurei valent tredecim argẽteis, ac tempore mutui reddendi aureus valeat quindecim argenteis, non debet Sempronius reſtituere centum aureos, ſed tantum pecuniæ, vel aureæ, vel argenteæ, quantum æquiualebat tempore mutui, centum aureis. Cum enim contractus

poſſit fieri vtroque pacto , vt ſcilicet debeat reſtitui tantundem monetæ ſecundùm valorem intrinſecum, vel tantundē ſecundùm extrinſecum; cōſtat à poſteriori cōtractus fieri hoc ſecundò modo, cum in ſcripturis non ſoleat explicari an mutuum factum ſit in moneta aurea, vel argentea ; quod deberet explicari, ſi mutuans vellet obligare mutuatarium ad reddendum tantundem auri vel argenti ſecundùm valorem intrinſecum. Quod confirmatur; quia cum monera argentea, vt potè minima, ſit menſura, tantum mutuans dediſſe cenſendus eſt, quantum correſpondet tantæ monetæ argenteæ, ac proinde tantundem eſt reſtituendum. Quod dictum eſt

eſt de mutuo, valet etiam in cenſibus, & ſimilibus contractibus. Cum verò mutuum datur aurum in ratione mercis, non in ratione monetæ, tum alia eſt ratio, vt patet, debet enim mutuatarius reddere tantundem auri in ratione mercis, atque adeò ſecundùm valorem intrinſecum.

66 Et quidem in dubio potius cenſetur mutuum factum cum optione diſiunctiua fauorabili mutuatarijs, quam mutuantibus. Cum enim mutuũ ſit eſſentialiter beneficiũ mutuantis in mutuatarium, vt infra conſtabit nõ eſt abſurdum, ſi contineat aliquam paruam inæqualitatem fauore mutuatarij; ſicut eſſet abſurdum oppoſitum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

67 Damnum, quod infertur ab auaritia, prout diſtinguitur ab omnibus alijs vitijs (auaritia enim poteſt impellere ad crimina oppoſita tum iuſtitiæ, tum etiam caſtitati, cæteriſq. virtutibus, ſed de hoc detrimento non loquimur in præſentia) toti generi humano, eſt priuare illud metallis in ratione mercis, non in ratione pecuniæ. Ex eo enim, quod auari abſcondant pecuniam ſuam, tota hominum vniuerſitas nihil aliud patitur, immo potius lucratur. Pecunia enim quæ remanet, vt potè rarior, eſt pretioſior, atque adeò ſinguli, qui poſſident pecuniam, poſſident aliquid pretioſius. Priuat verò auarus vniuerſitatem hominũ auro, & argento in ratione

mer-

mercis, auferens illam volupta-
tem, quam naturæ beneficio
poſſent homines ex auro, ar-
gentoque percipere. Auarus ta-
men patriæ, & amicis, quibus
pecuniam non communicat,
damnum infert in ratione pe-
cuniæ. Quod ſi moneta eſſet ex
huiuſmodi materia, cuius æ-
ſtimatio penderet tantum à
lege, vt apud Spartanos, apud
quos erat pecunia coriacea;
tum auarus nil noceret homi-
num vniuerſitati, ſed ſolum
amicis; & Patriæ.

68 Inuentio noui Orbis, in
quo repertę ſunt tot auri, argē-
tique fodinæ, nihil opulentauit
genus humanū in ratione mo-
netæ. Imò implicat moraliter
loquendo, in ratione monetæ
humanum genus vnquam di-

teſcere, vel pauperaſcere; ſed hęc diuerſitas ſolum inueniri poteſt in vna regione reſpectu alterius regionis, & in vno homine reſpectu alterius hominis. Similiter nihil diteſceret genus humanum, ſi per artem chimicā inueniretur ratio conficiendi aurum; quæ inuentio eſſet valdè noxia humano cōmercio, vt potè quæ auferens auro, & argento pretium raritatis, redderet iſta metalla ad pecuniæ formationem inutilia, quæ pecunia vix poſſet in alia materia conſtitui. Ratio verò cur nunquam genus humanū diteſcat in ratione monetę, eſt quia quantum creſcit copia monetę, tantum decreſcit eius valor, qui debet eſſe æqualis cūctis mercibus ſuperfluis poſſeſſo-

ſeſſori,& neceſſarijs vel vtilibus cuipiam alteri, vt explicatum eſt. Porrò ex tanta copia auri, & argenti ab Indicis regionibus aduecti, non eſt proportionaliter imminutum pretium monetarum ex ea potiſſimum ratione, quia maxima auri argentique pars conſumitur in vaſis aureis, alijſque ornamentis auro argentoque illuminatis.

# CAPVT VII.

*De actu reparatiuo Iuſtitiæ vi[...] latæ hoc eſt de reſtitutione. De multiplici capite vnde ori[...]tur obligatio reſtitutionis.*

69 PRoprietas Iuſtitiæ cō[...]mutatiuæ eſt, vt qu[...] illam violauit, teneatur reſ[...]re damna, reſtituendo in qu[...]tum poteſt. Obligatio reſtitu[...]di, præſcindondo à contractu[...]di, prouenit ex duplici capite. Pri[...]mò ratione rei acceptæ; ſecun[...]dò ratione iniuſtæ acceptionis. Ratione rei acceptæ tenemur reſtituere etiam præciſo deli[...] ſto, ſed ſolum in quantum fa[...]cti ſumus ditiores, ità vt ſi n[...] facti ſimus ditiores, ad nihil te[...]

nea-

neamur. Ratione iniuſtæ acceptionis obligamur ex delicto ad reficienda damna illata, etiam ſi non facti ſimus ditiores. Hæc tamen obligatio licèt ſit ex delicto, non eſt propriè pœnalis, ſed ex quodam quaſi contractu conſiſtente in hoc, quod cum vſurpans rem alienam teneatur velle reparare omnia damna, ſi habet talem voluntatem, per illam obligatur, ſi non habet, Natura, quæ nō vult, iniuſto prodeſſe ſuam iniuſtitiam, obligat illum ex quaſi contractu, ac ſi talem voluntatem haberet.

70 Non tamen quælibet iniuſta acceptio ſufficit ad talem obligationem inducendã. Si enim iniuria fuerit leuis, & ſemideliberata, ex defectu ad-

uertentiæ ad peccatum mortale requiſitæ, non tenetur illator iniuriæ ad reparanda dãna, niſi ratione rei acceptæ, & in quãtũ eſt effectus ditior. Cũ enim obligatio Iuſtitiæ ex natura ſua ſit grauis, non poteſt oriri ex cognitione inſufficiente ad peccatum mortale, & ad obligationem grauem. Similiter ſi iniuria ſit leuis ex leuitate materiæ, illator iniuriæ non obligatur ad reparanda damna extrinſeca grauia ſecuta, ex iniuria. Vel enim dum inferebat iniuriam, dubitare poterat prudenter ne magnum ex illa damnum emergeret, & tũc materia iniuriæ fuiſſet grauis; vel non poterat de hoc dubitare, & tunc non tenebatur habere voluntatem obligandi ſe

in

in ordine ad caſum inexcogitabilem, adeòque ceſſat obligatio ex quaſi contractu, quam expoſuimus.

71. Licèt iniuria fuerit leuis formaliter, eò quòd iniurians putauerit materiam eſſe leuem, tenetur tamen ad reſtitutionem totius valoris intrinſeci, quem hic, & nunc habebat ea materia, etiam ſupra ſuſpicionem iniuriantis. Si quis e. g. proijcit in mare veram gemmam alienam, putans inuincibiliter eſſe fictam, & vitream, tenetur reſtituere gemmam veram. Ratio eſt quia volũtate executiua voluit proijcere, quod habebat in manu, quodcunque eſſet; ergo habẽs talem voluntatem tenebatur velle obligare ſe ad reſtituendũ

quod-

quodcunq; eſſet; ergo ſi fuit gē-
ma vera, quā putauit fictā, te-
netur reſtituere gēmam verā.

72 Dāna tamen inuincibi-
liter ignorata, & prudenter in-
excogitabilia, non tenetur reſti-
cere etiam ſi iniuria fuerit gra-
uis, cum neq; talia damna vo-
lita ſint explicitè, vt potè non
præuiſa, neq; implicitè, vt potè
non identificata cum actione,
quam voluit & fecit. Et ratio à
priori eſt, quia nemo tenetu
reparare dāna, quorum nō fuit
cauſa moralis. Sed damno-
rum, quæ nemo prudens po-
tuit præuidere, & ratione
quorum non potuit Dominus
antecedenter eſſe inuitus circa
actionem, non fuit cauſa mo-
ralis illator iniuriæ, ergo &c.
Debent ergo talia damna con-

ſiderari vt merè fortuita. Confirmatur etiam, quia obligatio reficiendi damna inexcogitabilia eſſet intolerabilis, & irrationabilis, & occaſio litium infinitarum ſemper ſubnaſcentium.

73 Ex ijſdem principijs infertur, quod ad reparationem damnorum inexcogitabilium, non tenetur quis, ne ratione quidem rei acceptæ, & in quãtum eſt effectus ditior. Et ratio eſt, quia non fuit cauſa illorum damnorum: quicunque enim damnum infert alteri, eripit illi, quod poſſidebat actu, vel potentia: e. g. qui furatur frumentum, eripit id, quod alter poſſidebat actu; qui vero, comburit ſegetem, eripit meſſem, quam alter nõ poſſidebat actu,

ſed

ſed potentia, virtute, & ſpe: & quia meſſis in potentia, virtute & ſpe, non tanti valet, quanti meſſis in actu, ideo ille combuſtor non tenetur reſtituere tantum, quanti meſſis valuiſſet in actu. ſed tantum, quanti æſtimabatur ſpes illa meſſis. Si ergo ſpes nihil æſtimatur, nihil debet reddere. Sed ſpes lucrorum inexcogitabilium nulla eſt, & nihili æſtimatur; ergo qui abſtulit lucra inexcogitabilia, nō abſtulit aliquid pretio æſtimabile, ac proinde ad nihil tenetur, ſi verò eſſet periculũ probabile, ac pretio æſtimabile dãnorum, tum illator iniuriæ, ſi attendamus ad ſolum ius naturæ, & præſcindamus à Iure poſitiuo, tenetur reſtituere tantum, quãti æſtimabatur illud

lud periculũ. Quia tamen difficile eſt iudicare, quãta ſit probabilitas, atq; adeò æſtimabilitas periculi, aut ſpei, & quia expedit, vt leges minimũ cõmittant arbitrio Iudicis, ius poſitiuum cõſtituit, vt ſi damnũ re ipſa ſequatur, detur obligatio, ad reparandum totũ damnum ſi, non ſequatur, nulla conſurgat obligatio, ratione periculi innoxij.

74 Non datur obligatio reſtitutionis in bonis diuerſi generis de Iure naturæ. Si quis e.g. abſcidit alteri brachium, non tenetur reſtituere pecuniam pro abſciſſione brachij, licet teneatur reparare damna pecuniaria quæ ex brachij abſciſſione prouenerunt iniuriam paſſo. Quamuis enim durum

videatur, iniuriantem ad nihil teneri pro iniuria, quæ fit in membris, cum teneatur ad re compenſationem pro iniuria leuiori, quæ fit in pecunijs, tamen non expedit vniuerſim poni obligationem re compenſationis in bonis pecuniarijs pro læſione in alio bonorum genere, propter plura incommoda, quæ ſequerentur ex tali obligatione. Primo enim difficile eſſet taxare quantum pecuniæ deberetur pro oculo e. g. cuius difficultatis ratio eſt, quia, licèt natura fecerit comparabilia bona, quę expediebat commutari, e. g. frumentum, & vinum; non tamen comparabilia fecit bona, quæ commutari non expediebat, e.g. mem-

bra,

bra, & frumentum; famam, & pecuniam. Ea porrò bona expedit eſſe commutabilia, quæ tantam, vtilitatem afferre poſsūt vni, ac alteri contrahentium, cuiuſmodi eſt frumentum, quod æquè poteſt eſſe vtile venditori; ac emptori: ea verò expedit eſſe incommutabilia, quæ alteri contrahentium poſſunt afferre maximam vtilitatem, nullam, vel penè nullam alteri: cuiuſmodi eſt meus oculus, qui mihi eſt vtiliſsimus; ſi verò alteri vendatur, & mihi eruatur, ei eſt omninò inutilis.

75 Quia ergo ex vna parte, difficillimum eſſet taxare, quæ cōpenſatio deberetur pro ſingulis iniurijs illatis in corpore vel honore, ponderando

meri-

merita, & nobilitatem perſonarum; & ex alia eſſet intolerabile conſtituere, vt pro ablatione bonorũ altioris ordinis, deberentur omnia bona inferioris ordinis, quæ poſſidet iniurians, ex quo frequentiſſima familiarum exterminia ſequerentur in republica; & etiam, quia ea eſt multorum auaritia, vt ſi ſcirent, ſe ex iniurijs in corpore, vel honore ſibi illatis magnum lucrum percepturos, ſæpe occultis modis darent operam, vt huiuſmodi iniurijs afficerentur, fit vt non ſit iure naturæ euidens, eſſe bonum vniuerſaliter, quod offẽſor pro talibus iniurijs teneatur ad aliquam pecuniariam reſtitutionem. Et quia ſolæ illæ obligationes ſunt de iure naturæ, de qui-

quibus euidens eſt bonum eſſe quod ponantur; ideò de iure naturæ nulla datur obligatio reſtituendi in bonis diuerſi generis.

## CAPVT VIII.

*De commutatione rerum temporalium cum ſpiritualibus.*

76 ADdimus tamen, quod etiam ſi daretur obligatio reſtituendi in bonis diuerſi generis, adhuc nō eſſet iurianti liberum pro bonis temporalibus reſtituere ſpiritualia. Vergeret enim in contemptum bonorum ſpiritualium ſi quatenus ſpiritualia ſunt venirent in cōpenſationē, & in pretium rei temporalis.

Ideò donari poſſunt, permuta-
ri cum obligatione inferiori
generis non poſſunt. Conſen-
tiente tamen Creditore poſſ
labor orandi, vel ieiunandi c
mutari in deletionem debi
pecuniarij, ſicut poteſt ſacerd
pretium, vel alimentum acc
pere pro labore audiendi con
feſſiones, vel celebrandi miſ-
ſam.

77 Porrò licèt in ſimilibus
caſibus dans pretium alteri,
oret, vel ieiunet, deducat in
pactum non ſolum laborem
corporalem, ſed etiam applica
tionē orationis, & ieiunij, qu
eſt quid ſpirituale, adhuc em
ſolum laborem nō verò appli-
cationem, adeoque nullam
committit ſimoniam. Alienu
quippè labor non eſt ſicut fru
menrum

mentum e.g. quod emi poteſt gratia ſui; nam labor alienus, eatenus ſolum poteſt prudenter emi, quatenus apprehenditur forè vtilis in ordine ad aliquod aliud bonum. Ideò nemo emit à villico laborem foſſionis in arena, ſed in vinea, quia ſolam foſſionem in vinea videt ſibi futuram vtilem, non verò foſſionem in arena. Sicut ergo in caſu foſſionis, non emo fructus vineæ, ſed foſſionem quam video fore vtilē ad fructus; ſic in caſu orationis, & ieiunij non emo fructum ſpiritualem orationis, & ieiunij, ſed laborem quem video forè vtilem ad talem fructū ſpiritualem; cuius rei ſignum eſt, quia ſi emerem fructū ſpiritualem, pretium deberet corroſponde-

re vtilitati applicationis, & fructus, non autem ſoli labori; ſicut ſi non emeretur foſſio, ſed fructus vineæ, deberet pretium correſpondere non foſsioni, ſed fructui.

78 In applicatione tamen miſſæ videtur eſſe peculiaris difficultas. Cum enim per ſe labor conficiendi ſacrificij ex natura ſua ſit minimus, ac proinde nulla dignus mercede, licet per accidens, propter adiūctas ab Eccleſia orationes, ac ceremonias ſit conſiderabilis, vix apparet quomodo poſſit pro eo minimo labore, de Iure diuino ſtipendium accipi. Reſponderi poteſt, iuſtè accipi ſtipendium pro labore minimo, non per ſe conſiderato, ſed pro vt connexo ſtatui impe-

dienti alios modos lucrandi. Sed difficiliùs adhuc vrgetur argumentum, ex eo quia actio Sacerdotis non eſt per ſe æſtimabilis niſi quatenus dependet à charactere: ergò dum venditur actio vt vtilis ementi, venditur fructus characteris; cũ tamen Deus qui gratis characterem impreſsit, voluerit vt fructus ipſius gratis impertiretur:

79 Veruntamen reſpondemus, Chriſtum inſtituendo Sacramentum Ordinis, voluiſſe vt Sacerdos poſsit viuere ex tali miniſterio; Ad ſuſtentationem ergo Sacerdotis debent proportionaliter cõcurrere, ij qui ab illa plus minùſue accipiunt cõmodi, hoc eſt illi pro quibus applicatur ſacrificium:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fructus tamen characteris non venditur, quia pro opera Sacerdotis accipitur pretiũ tanti ſecundùm menſuram incommodi, quod affert Sacerdoti, non ſecundùm menſuram cõmodi, quod affert ei, cui applicatur. Sicut ergò, ſi Titius conſtitueretur à Sempronio diſpẽſator liquoris pretioſiſsimi, data illi facultate donandi ſingulas eius libras quibus vellet nihil pro ſe paciſcendo niſi pretiùm laboris, non venderet liquorem, vt pote cuius non eſſet dominus, nec translationẽ dominij, cum non poſſet accipere aliquid correſpõdens eius æſtimabilitati, ſed ſolùm ſuam operam, quæ per ſe quidem eſſet nihili, ſed haberet ſuam æſtimabilitatem à facultate con-

conceſſa à domino liquoris:ſic contingit in caſu noſtro: Eadē verò doctrina poteſt applicari alijs operibus pijs, quorum labor habet tantùm vtilitatem à gratia, cuius fructum Deus prohibet vendi, ſed concedit vendi ſolam operam vt operāti incōmodam. Et quamuis applicatio deducatur in pactū, vtpotè ſine qua labor vendentis ementi eſſet inutilis, fructus tamen applicationis nō vēditur; vt pariter cōtingit in exemplo allato illius cuſtodis, qui habet ius donandi liquorem accepto pretio cuſtodiæ: is enim deducit in pactum donationem, nec tamen vendit fructum donationis.

80 Tūc verò diceretur vendi fructus applicationis in vtro-

que caſu, quando ille qui ſoluit pretium non deberet integras gratias boni accepti ipſi principali domino tanquam donatori, hoc eſt domino liquoris in vno caſu & Chriſto in altero caſu. Emptio enim partialis, vel totalis aut minuit, aut tollit rationem donationis, & liberalitis in dante, & debitum gratiarum in accipiente.

81 *Stat igitur illa regula*, quod non poſsit permutari aliquod ſpirituale cũ aliquo temporali, licèt poſsit res temporalis permutari cum labore requiſito ad obtinendum illud ſpirituale. Debitor tamen, conſentiente creditore, commutare poterit cum deletione debiti laborem orandi vel ieiunandi illo diſſenriente at nõ poterit

rit

rit. Cum enim iuſtitia virtus ſit naturalis, & obſeruanda inter omnes gentes etiam diuerſæ religionis, non debuerunt imponi pretia rebus dependenter ab vlla perſuaſione ſupernaturali, & obſcura.

82 Hinc colligitur primò, quare Principes Chriſtiani teneantur ſeruare pacta, & indulta, dummodo licita, in pacificationibus conceſſa etiam hæreticis, & infidelibus. Nullus enim eſſet modus componendi huiuſmodi bella, ſi ſcirent hoſtes, nos non obligari noſtris promiſsionibus, quod vergeret in magnã humani generis calamitatem. Colligitur ſecundo, quare in pacificationibus Principum conditiones receptæ etiam per metum iniuſte illatũ

ſeruari debeant, cum oppoſitũ accidat in priuatorum contractibus: Diſparitas eſt quia priuati iudicem habent, qui ferre ſententiam poſsit de iuſtitia, vel iniuſtitia metus; Principes verò talem iudicem nō habēt, quare ſi obtentu metus iniuſti poſſet reſcindi contractus, omnis contractus pacificationis eſſet inanis; Principes tamen, qui ex metu iniuſtè illato perceperunt vtilitatem, tenentur in conſcientia ad reſtitutionem.

CA-

## CAPVT IX.

*De prima menſura æqualitatis in commutationibus, hoc eſt de indigentia, vbi etiam de Monopolijs.*

83 AEqualitas cõmutationũ deſumitur ab indigentia. Id non eſt ità intelligendum, vt re vendita æque indigeat venditor, ac emptor: qui enim commutat frumentũ cum oleo, eatenus commutat, quatenus magis indiget oleo, quam frumento, cùm contrà alter magis indigeat frumento, quam oleo. Vt ergò commutatio ſit iuſta, tãtum debet vnus egere oleo, quantum alter frumento. Quare illæ merces ſunt

pretioſiores, quibus homines communiter determinatè magis indigent. Indigentia poteſt conſiderari in ordine ad duo ex quibus fœlicitas cōſtat, hoc eſt in ordine ad carendum dolore, & abundandum voluptate. Maior cœteris paribus eſt indigentia reſpectu primi, quā ſecūdi, ideò plures habent emptores merces neceſſariæ ad depellendum dolorem, vt cibi, & medicinæ, quam neceſſariæ ad voluptatem, vt gemmæ. Secundæ tamē ſunt pretioſiores primis; quia cùm natura non deficiat in neceſſarijs, fecit illas non raras, adeòque non pretioſas; nam quo magis decreſcit raritas in aliqua ſpecie, eò magis decreſcit indigentia huius indiuiduæ, & determina-

tæ rei in illa ſpecie, quā indigē-tiam diximus eſſe menſuram pretij. Cum tamen contrà ea-dem natura merces voluptuo-ſas fecerit raras, adeòque pretioſas.

84 Vt commutatio ſit æ-qualis, non debet haberi ratio indigentiæ accidentalis, quam patitur vnus contrahentium: Alioquin enim ſi Rex ditiſſi-mus accidentaliter egeret pa-ne ad viuendum hodie, poſſet dominus panis in pretium il-lius exigere totum regnū: Non expedit autem res ita eſſe con-ſtitutas, vt poſſit aliquis repen-te propter accidentalem ali-quam neceſſitatem de ditiſſi-mo fieri mēdicus. Præſcindē-do tamen à peculiari lege poſi-tiua poteſt in taxando rerum

pretio haberi ratio alicuius indigentiæ communis quamuis non diu duraturæ. Ità poſſunt e. g. Romæ domus locari cariùs anno Iubilei cùm magnus eſt populi concurſus, adeòque maior domuū indigentia. Lege tamen poſitiua propter publicum bonum quibuſdā mercibus ſummè neceſſarijs, veluti pani, imponitur pretium non alterabile ex circūſtantijs breuiſsimis, vt ex concurſu populi ad Vrbem quadam die ſolemni.

85 Valor porrò mercis imminuitur ex neceſſitate accidentali, quam habent Domini, eam vendendi quia mercem ſeruare non poſsint. Ità nocte carnispriuij licet emere à fartoribus cibos carneos vili pretio,

qui

quia nō poſſunt amplius vtiliter ſeruari; & cùm milites iuſtè deprædantur Vrbem expugnatam, licet ab eis emere vili pretio præſtantiſsimas ſupellectiles, quia eas diſceſſuri aſportare non poſſunt. Et ratio eſt quia tunc imminuitur indigentia communis huiuſmodi merciū propter tot venditores, quibus magis expedit eas commutare cum re minima, quàm retinere. Quòd ſi domini merciū patiantur neceſsitatem eas vēdēdi, quia indigeant nummis, tunc non ideò licet eas emere vili pretio; nam ſicut cum quis habet neceſsitatem commutādi pecuniam cum pane propter indigentiam panis, non licet panem maximo pretio vēdere, ità cum quis neceſsitatē

habet

habet commutandi panem cū pecunia, non licet pecuniam quaſi carò vendere: cum ſit eadem ratio, atque intercedat ſolum differentia materialis.

86 Vetitum eſt de iure naturæ per monopolia procurare in alijs indigentiam eorū, quæ ſunt neceſſaria ad vitandum dolorem. Non licet e. g. mihi vndique conquirere frumentum, oleum, &c. vt ſic ego ſolus poſsim vendere frumentum, & oleum, ac proinde omnes indigeant meo frumento, & oleo. Hac enim arte diuites, qui abundant pecunia, poſſent exercere ſpeciem aliquam dominationis in pauperes; nam à diuitum voluntate penderet pauperum miſeria, quæ poteſtas propria eſt dominantis,

nantis,

nantis. Ideò huiuſmodi monopolia prohibentur legibus, præter quam in caſu periculi, ne merces illæ neceſſariæ deficiant niſi aliquis ſpe lucri illectus habeat curam eas cōquirendi: ſed tunc debet ijs taxari cōgruens pretiū, vt ex vna parte nō deſit mercatoribus lucrū moderatum, ex alia populus non opprimatur. Permittuntur etiam monopolia in mercibus neceſſarijs cùm ſunt ità abundantes, vt non poſsint ex coementìum induſtria vulgò venales deficere: Licent pariter monopolia in mercibus, quæ deſiderantur ſolum ob voluptatem; e.g. in adamantibus, picturis cximijs, &c. Ratio eſt quia cū homines poſsint ſine illis viuere abſque dolore, non cogun-

coguntur ad illas emendas: nã ſolus timor doloris cogere poteſt, non verò cupiditas voluptatis: quare maiorem neceſsitatem patietur mercator has merces vendendi, quam cœteri illas emendi; cum mercator redderetur infelix, ſi cœteri nollent emere, cœteri non euaderent infœlices ſi mercator nollet vendere.

CA-

# CAPVT X.

*De diſcrimine compenſationis inter Iuſtitiam, & Gratitudinem: & an ex gratitudine pro beneficio naturali poſsit rependi aliquid ſupernaturale.*

87 GRatitudo debet dare compenſationem pro beneficijs acceptis. Compenſatio gratitudinis differt à cõpenſatione iuſtitiæ in hoc, quod ea poteſt ex motiuo talis virtutis, & aliquando debet, eſſe ſupra æqualitatem. Sicut enim quando aliquis donauit mihi *centum*, e. g. dedit mihi vltra totum quod accepit de meo, ità ego vt compensẽ, debeo illi dare vltra totum quod

quod accepi de ſuo. Sed accepi centum; ergò debeo ſaltem in aliquibus circumſtantijs dare plus quam centum; Si ergò dò tantum *centum*, non perfectè impleo debitum gratitudinis; ſicut ſi accepi centum, & reddo centum, impleo perfectè debitũ iuſtitiæ. Et ratio à priori eſt quia honeſtas gratitudinis eò ſpecialiter tendit, vt homines alliciantur ad liberalitatem, & beneficentiam; At non allicerentur, ſi gratitudo ſolum daret æquale; Tutius enim eſſet retinere ſuum, quàm conferre beneficium cum periculo iacturæ vel ex ingratitudine, vel ex impotentia beneficium accipientis, & ſine ſpe lucri. Ideò ea beneficia merentur ampliorem compenſa-

tionem, quæ collata ſunt cum minori compenſationis probabilitate.

88 Aſſerimus tamen gratitudinem habere ſuos terminos, vltra quos extendi non debet. Alioquin poſſet aliquis ex motiuo gratitudinis dare regnum ei, à quo accepiſſet floſculum; Gratitudo tanquam menſurã recõpenſationis quã rependit, reſpicit indigentiam eius qui rependit, adeòque tanti æſtimat recompenſationem, quanti gratus æſtimat rem quam in recompenſationem rependit: cũ è contrario iuſtitia, vt dictum eſt, reſpiciat pro mẽſura valoris indigentiã illius cui rependitur, dummodo hæc indigentia nõ ſit accidentalis, & ſingularis; Ratio eſt

quia Gratitudo habet pro motiuo, tantundē & amplius meæ felicitatis rependere pro benefactore, quantum meæ felicitatis ipſe liberaliter poſuit, & ponere deſiderauit, præſertim ſi tantundem ſuæ amiſit: quocirca menſura debitæ mediocritatis in virtute gratitudinis, non tam eſt indigentia benefactoris, quàm grati recompenſantis. Vnde ſi Franciſcus donauit Petro centum aureos e. g. & deinde eget aliqua re, quæ Franciſco ſit bona tanquam decem aurei, ſed Petro tanquā mille aurei, non tenebitur Petrus ad tantam compenſationē: nec enim par eſt vt ſi Franciſcus promouit fœlicitatem Petri vt decem, Petrus pro Franciſco imminuat ſuam fœlici-

licitatem vt centum.

89 Hinc deducitur ratio quare Sancti propter beneficiū naturale poſſint rependere cō-penſationē ſupernaturalē; cum tamē Deus propter meritum naturale non rependat aliquid ſupernaturale. Ratio hæc non deſumitur ex eò quod gratitudo non habeat terminum vt docenr aliqui recentiores: cum iam oſtenderimus illam habere terminum in recompenſando: ſed ex eò quod cum illi Sācti poſſent vel nullo, vel minimo labore ſuo procurare per actus ſupernarurales fœlicitatē æreRnam ſuorum benefactorū, honeſtè id fecerunt ex motiuo gratitudinis. Deus contrà non poteſt operari ex motiuo gratitudinis, quia obiectum mo-

uens

uens ad gratitudinem eſt *bene-ficium*, quod ex ipſa vi nominis dicit *effectionem*, & cauſalitatem in bonum alterius, at Deo nemo benefacit, nam totum bonum, tota fœlicitas Dei eſt bonum, aliquid increatum, & vtcunque res creatæ poſſint dici bona Dei, non tamen per illas Deo melius eſt, quam ſine illis; quod requiritur ad eſſentiam beneficij; Idque confirmatur ex eo, quia totũ id quod facimus in gratiã Dei, eſt aliquod donatũ nobis à Deo; quare potius per illud Deus benefacit nobis quã nos Deo. Solùm ergò Deus poteſt rependere vt remunerator; virtus verò remuneratiua non poteſt dare magna præmia, nisi propter magnos labores, & opera egregia; etiam ſi talia

præ-

præmia nihil minuant Principis fœlicitatem; Cuius ratio eſt, quia expedit vt ſubditi non poſsint ſperare propter merita, niſi præmia proportionata ipſis meritis, ad hoc vt ex deſiderio ingentium præmiorum inflammentur ad egregia facinora.

CA-

# CAPVT XI.

*De iniuria formali, attentata, & affectiua, & quomodo motiuum virtutis, tam in Iuſti- tia, quam in alijs virtutib- cadat ſub præceptum illius vi- tutis.*

90 Dicimus iniuriã for- *malẽ*, non tantum *affectiuã*, vel *attentatã*, eſſe il- lam actionem, cuius negati- eſt finis immediatus prohibi- itionis: e.g. ipſa ablatio rei a- lienæ eſt iniuria formails, vo- litio auferendi eſt iniuria af- fectiua; conatus, & inquiſitio rei auferendæ eſt iniuria atten- tata; & vniuerſim applicatio alicuius medij ad finem infe- rendi

rēdi iniuriā; iniuria eſt attētata
Ad diſtinguendū porrò iniuriā.
cōſumatā, ſeu formalē, ab affectiua, vel attētata, plures regulæ poſsunt afferri. Prima eſt vt iniuria cōsūmata ſit, quando operās facit, id ad quod impediendū alius habet ius, ſi physicè poteſt, vel per ſe ipsū, vel auxilio curiæ, & magiſtratus. E.g. quia alius habet ius impediēdi apprehēſionē rei ſuæ, illa eſt iniuria cōſumata, quia nō habet ius impediendi inquiſitionē illius, eſt iniuria ſolū attētata. Secūda regula eſt vt iniuria cōsūmata ſit, quādo vel eſt illatum ipsū malū formale proximo, vel res proximi, eſt ſenſibiliter cōſtituta in ſtatu propinquiori ad malū ipſius proximi, quā eſſe deberet. Ità iudiciū temera-

riũ,licèt nõ ſit quid ſenſibile, et
iniuria cõsũmata,quia eſt tot
malũ consũmatũ,quod prohi-
betur:acceptio verò gẽmæ Pe-
tri ex animo nõ reſtituendi eſt
etiã iniuria cõsũmata, quia li-
cèt adhuc per illã nõ ſit impe-
ditus Petrus ab vſu illius gem-
mæ,quod eſt malũ Petri conſu-
matũ tamen gẽma illa eſt ſen-
ſibiliter in ſtatu deteriore in or-
dine ad Petrũ . Eadẽ via expli-
cari poſſet quid ſit vniuerſim
delictum consũmatũ, & quo-
modo differat ab attentato.

91 Quæri poteſt an qui
ex iuſtitia obligatur aliquid fa-
cere, ſit etiã obligatus ad id fa-
ciendũ ex motiuo iuſtitiæ, ſed
hoc pendet ex ſolutione illius
generalis quæſtionis, an qui fe-
cit rẽ præceptã nõ ex intẽtione
im-

implēdi pręceptum, ſatisfecerit præcepto. In qua re dicendū eſt primo, illum qui facit ex quocumq. fine rē præceptā nō teneri iterare illam actionem. Alioquin, qui tenebatur ex voto, vel legato dotare decem virgines, & re ipſa dotauit, non ex fine ſatisfaciendi voto, vel legato, ſed ad ſeruandam bonā famam externam, teneretur dotare alias decem virgines. Et licèt reſpondeant, in hoc, & ſimilibus caſibus poſſe poſtea applicari actiones illas præteritas in ſatisfactionem obligationis, & pręcepti; tamen id ſuſtineri nō poteſt, cum actiones illæ præteritę, vt potè non amplius in mea poteſtate, non ſint amplius à me applicabiles: quin etiam ſi eſſent appli-

cabiles, adhuc ego non poſſum applicare in plenam ſatisfa-ctionem præcepti, vel obliga-tionis id, quod non eſt totũ il-lud, quod mihi pręcipitur & ad quod obligor: ſed actio facta ſine intentione, non eſt per ad-uerſarios, totum id, quod mihi præcipitur & ad quod obligor: ergo nõ poteſt applicari in ple-nã ſatisfactionẽ obligationis.

92 Et confirmatur quia, ſi peculiares virtutes obligarent ad peragendam rem præceptã ex motiuo ipſarum, multò ma-gis obligarent ad faciendam rem præceptam per actum ho-neſtum vt ſic; quod enim obli-gat ad ſpeciem multò magis obligat ad genus: ſed non ob-ligant ad faciendam rem præ-ceptam per actum honeſtum; alio-

alioquin qui ſolueret debitum per actum venialiter malum, non ſatisfaceret obligationi iuſtitiæ; atque adeò ſi illa obligatio eſſet grauis, peccaret mortaliter; cum peccatum mortale ſit non ſatisfacere præcepto, & obligationi graui; Ergò nec tenemur ad peragendam rem præceptam ex motiuo peculiarium virtutum. Cuius rei ratio à priori eſt quia ſi præceptũ eſſet de faciēda operatione ex motiuo præcepti, reflecteret ſupra ſe ipſum, nec haberet obiectum fundamentale diſtinctum à ſe; quod eſſe abſurdũ, & per ſe patet, & oſtendimus in libro *de actibus humanis*.

93 Addimus tamen, quod qui faciunt rem præceptam à virtute, & nõ ex motiuo illius

virtutis, non contrahunt honeſtatem talis virtutis. Licet enim ad inhoneſtatem contrahendam non requiratur amor ipſius mali inhoneſti, ſed ſufficiat acceptare illud malum, quod apparet in actione mali, quę eligitur, propter voluptatē, vel propter alias commoditates quas illa affert, non propter malitiam; tamen ad virtutem non ſufficit non odiſſe bonum virtutis, ſed requiritur, vt operans tanti illud æſtimet practicè, quanti eſt æſtimandum. Bonū enim virtutis debemus amare efficaciter, vt ſimus boni, malum vitij ſufficit non efficaciter odiſſe, vt ſimus mali, quod eſt valdè conſonum cōmuni hominum exiſtimationi.

94 Sed, licèt peractum eli-

citum

citum non ex motiuo virtutis non contrahatur virtutis honeſtas, vitatur tamen violatio præcepti impoſiti ab ea virtute, quæ violatio vitatur etiam, cum res præcepta ſit per actū malum: adeòque præceptum illud licèt non impleatur poſitiuè, impletur negatiuè. Cum enim omne præceptum conſiſtat in hoc, quod reddat illicitam aliquam actionem, vel omiſſionem voluntariam, ſatis eſt ad non violandum præceptum abſtinere à tali exercitio negatiuo, vel poſitiuo voluntatis. Sicut ergò qui dormit e.g. non violat præceptum temperantiæ, ità qui ieiunat ex auaritia, non violat illud idem pręceptum, licèt vterque careat merito temperantiæ; quia neu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ter mouetur ex temperantiæ honeſtate. Verum quidem eſt, quòd in caſu propoſito, dormiens neque operatur cõtra temperantiam, neque contra aliam virtutem, cũ tamen auarus operetut contra liberalitatis præſcriptum prohibens omnem anaritiæ affectum.

95 Ex his colligitur primò, quod ſi quis die feſto audiat ſacrum immemor præcepti, non tenetur ad aliud ſacrũ audiendum. Imò etiam in caſu in quo promulgetur præceptum audiendi ſacrum aliqua die, poſtquàm Petrus ea diẹ ex deuotione ſacrum audiuit, probabilius eſt Petrum non teneri ad ſecundam auditionem ſacri. Præceptum enim intendit tantum, ne quis voluntariè

omittat

omittat ea die ſacri auditionē; qui verò ſacrū iā audiuit non eſt amplius in ſtatu ſacrum omittendi.

96 Addimus præterea, quòd etiam ſi aliquis audiret ſacrum cum poſitiua intentione non ſatisfaciendi præcepto per illam auditionem, adhuc negatiuè ſatisfaceret, nec teneretur ad aliud ſacrum audiendum: cum tamen ſi haberet talem intentionem is qui vouit audire ſacrum, vtiq. teneretur audire ſecundum ſacrum. Ratio diſparitatis eſt, quia ſicut poſſum mihi imponere obligationem voti, ita poſſum illam extendere ad caſum ad quem non extendebatur, hoc eſt ad auditionem ſecundi ſacri: At verò ſicut non poſſum impo-

nere mihi obligationem præcepti (cum non poſſim exercere iuriſdictionem ſupra me ipſum) ità non poſſum illam extendere ad auditionem ſecundi ſacri, ad quam non extendebatur.

97 Demum infertur ex dictis, quomodo poſſit eſſe vera doctrina, quod lucremur indulgentias etſi faciamus opera iniuncta per actum malum venialiter. Quamuis enim illa nõ verificaretur ſi indulgentiæ darentur vt præmium operum requiſitorum, cum præmium eſſentialiter ſupponat meritũ, adeòq. honeſtatẽ operis tamen poteſt verificari ſi illa opera requirantur, vt pura conditio. Poſsũt autẽ illæ hoc pacto prudenter cõcedi: quia poteſt prę-

uideri,

uideri, quod ſi ad lucrandas indulgẽtias præꝛequirentur tales actiones per modum conditionis, pęne omnes illas exercebunt per actus bonos moraliter; & quod ſi præꝛequirantur cum honeſtate formali, erit res ſubdita innumeris perplexitatibus, ac proinde multos retrahens ab alacritate pręſtandi opera iniuncta ex fine lucrandi indulgentias.

## CAPVT XII.

*An ius ad idem poſſit eſſe in du-bus: & de multiplici diuiſio iuris præſertim de reali, ac p ſonali, & an ſint ſeparabili*

98 ALiqui auctores docuerunt, ius ad idẽ omninò poſſe eſſe totaliter in duobus pro eodem inſtanti. Si enim qui donat, aut vendit nõ haberet ius tunc in re quam donat, & vendit, non poſſet de illa diſponere, cum diſpoſitio ſit actus dominij. Ex alia parte, donatarius, & emptor habet ius, & dominium integrum rei in eo inſtanti in quo transfertur in eum ius integrum talis rei; ergò in eodem inſtanti ius inte-

integrum rei indiuiſibiliter eſt in duabus perſonis. Per hanc verò doctrinam reijciunt argumentum quo ſolet probari, Deum nõ poſſe obligari ex iuſtitia quia eſt Dominus omniũ rerum. Poſſet enim, aiunt, ita eſſe Dominus, vt pro eodem inſtanti daret alteri, & ſimul haberet ipſe dominiũ. Et quia actus liber Dei eſt liber indiuiſibiliter pro tota æternitate etiã ad res antea geſtas, ideò ſemper Deus retineret Dominium illud integrum etiam ſi rem ipſam alteri donaſſet.

99 His tamen non obſtantibus dicimus, non poſſe ius ad idem omninò eſſe totaliter in duobus pro eodem inſtanti. Ius enim totale exiſtens in Petro ad aliquid nihil eſt aliud niſi

facul-

facultas quam habet Petrus, vt pro ſua volũtate poſſit reddere illud obiectum, ad quod habet ius, iuſtum vel iniuſtũ. Hæc autem poteſtas nõ poteſt eſſe in duobus. Nam ſi ſola voluntas Petri ſufficit ad reddendum illud iniuſtum, illud erit iniuſtum etiam repugnante Paulo, qui proinde non poſſet illud pro ſua voluntate reddere iuſtum, vel iniuſtum, nec haberet plenum dominium illius. In qua re aduertendum eſt, dominium & omne ius deſumendum eſſe primario & radicaliter in ordine ad vſus phyſicos. Nam ex. gr. facultas donandi eatenus pertinet ad dominium quatenus per donationem fit licitus donatario vſus phyſicus rei. Donator verò,

rò, & donatarius (& ſic de alijs) habent quidem pro eodem instanti ius integrum vſus phyſici exercendi in eadem re, ſed in ordine ad diuerſa circa illã rem; atque adeò non habent ſinguli dominium pleniſſimũ illius. Hoc autem explicatur; quia Petrus donans habet ius diſponendi nunc de illa re in alios vſus etiam renuente Paulo, *niſi velit donare Paulo rem illam*: & quia de facto vult donare, cùm non purificetur prædicta conditio, non habet ius abſolutum diſponendi de re, Paulo renuente. Paulus contra donatarius poteſt quidem de factò diſponere de re prout ſibi placuerit; ſed non poteſt id facere in omni caſu, ac præſertim ſub illa conditione, *niſi do-*

*netur*

*netur ſibi res illa à Petro*; cum ergò donans poſſit ſolum diſponere de re in ſenſu diuiſo à donatione, donatarius verò ſolum in ſenſu compoſito cum donatione, non habent ius ad idem omnino.

100 Colligitur ex dictis, quòd licèt, nec donans nec donatarius ſint perfectè Domini rei donatæ; magis tamen propriè eſt Dominus ille, qui donat, & transfert dominiū, quia habet poteſtatem ad vſus phyſicos magis independentem. Denique explicari poteſt quomodò dominium Dei ſupremū cōſtet cum dominio creaturæ. Earundem nimirum rerum, quarum eſt dominus Deus, poteſt eſſe domina creatura: ſed Deus habebit dominium adæqua-

quatum,& independens,vt potè potens iuſtè diſponere de re in omni caſu citra voluntatem creaturæ, cùm è conuersò nemo poſſit de illa diſponere citra volũtatem diuinam: Creatura verò poterit diſponere nõ in omnes vſus, ſed ſolum in nõ vetitos à Deo tanquã dominio proprietatis;& rurſus habebit ius, vt nemo alius poſſit vti re illa contra volũtatem ipſius creaturę niſi id ſpecialiter concedatur à Deo, &c.

101 Ius diuiditur *in reale*, & *perſonale*. Quoniam ius vniuerſim eſt poteſtas reddendi alteri aliquas actiones, vel omiſſiones illicitas ex proprio placito; actiones verò ſunt à perſonis, vt ab agentibus, & circa res, vt circa ſubiecta. Difficilè diſtin-

diſtingui videtur ius reale à perſonali: cum omne ius reale obliget perſonas ad aliquas actiones, vel omiſſiones, & conuersò omne ius perſonale obliget ad aliquid agendum, vel omittendum circa aliquas res. Ideo reijcimus eorum doctrinam, qui dicunt promiſſiones Dei dare nobis ius verum, & rigoroſum non quidem perſonale aduersùs Deum, ſed reale in res illas quæ nobis obligantur à Deo. Nam contra eſt; quoniam res ipſæ, tanquam aliquid inanime, non afficiuntur aliqua obligatione morali proueniente ex motiuo antecedentis promiſſionis, ſed tota obligatio proueniens ex quocunque iure debet reſidere in aliquo agente rationali; quod

agens

agens non poſſit licitè aut facere, aut omittere actionem aliquam circa rē illam, idq. ex cognitione pręteritę obligationis. Implicat ergo, Deum obligare res pendentes à ſola ſua voluntate phyſica, quin obliget ſe ipſum; licèt fateamur poſſe Deum, vt ſupra explicatum eſt, tribuere vni creaturæ ius in rebus, quatenus eiuſmodi ius obligat tantummodo alias creaturas rationales.

102 Vt ergò diſtinguamus hæc duo iura, dicimus, *ius perſonale* eſſe illud, quod ordinatur ad ſubordinandam vnam perſonam alteri in ratione agētis, hoc eſt perſonæ, non inratione patientis hoc eſt rei; cum è conuersò *ius reale* ordinetur ad ſubordinandas alteri res, vel

per.

perſonas conſideratas vt res, hoc eſt in ratione patientis, quomodo conſideratur ſeruus dum dicitur eſſe *res Domini*.

103 Exemplis res patebit. Qui conduxit operarios vt laborent in vinea, ius habet perſonale aduerſus operarios, cùm tale ius ordinatum ſit ad hoc, vt operarij in ratione agentis ſubordinentur conductori; ita vt obligentur ad exercēdas aliquas actiones circa vineam. Contra verò, qui eſt dominus equi, ius habet reale in illum equum, ordinatiuum illius equi, in vtilitatem poſſeſſoris & domini. In diſtinguendo tamen iure perſonali à reali, non eſt cōſiderandus finis vltimus, ſed immediatus tantū. Si enim Petrus promiſit Paulo e. g. veſtem,

ſtem, vel aureum; hoc ius eſt merè perſonale, & tamen totũ ordinatur ad hoc vt Paulo ſeruiat veſtis, vel aureus; nihilominus dicitur ius perſonale, quia per hanc promiſſionem ſubordinatur immediatè in bonum Pauli, non veſtis, quandoquidem ex vi promiſſionis, nil licet Paulo operari circa veſtem, nec vllum inde emolumentum percipere, ſed ſolum obligatur libertas Petri ad dãdam veſtem. Quod ſi veſtis ipſa vendatur, vel donetur Paulo, tunc immediatè, & ante nouum exercitium libertatis alienę, veſtis illa intelligitur ſubordinata in vtilitatem Pauli, ideòque quæſitum Paulo ius reale.

104 Diſcernicula verò ad diſtin-

diſtinguendum à poſteriori ius reale à perſonali ſunt plura. Primum eſt, quòd ius abſolutum quod aliqus habet ad actionem poſitiuam alterius perſonæ ſemper eſt perſonale : Per ius enim reale, quod ego habeo circa librum e.g. poſſum quidem impedire alijs vſum libri, ſed non poſſum facere vt aliquid operentur circa librũ, quod ſi poſſem, tunc eſſet perſonale. Aliquando tamen ius eſt mixtum ex reali, & perſonali, & tunc ſolet eſſe ſimul ad aliquid negatiuum, & ad aliquid poſitiuum : cuiuſmodi eſt ius quod habeo contra emptorem ad pretium rei à me venditæ; Ex vi enim rei meæ, quam recepit, habeo ius ad aliquid purè negatiuum, hoc eſt

vt illam non retineat pretio nō ſoluto: ex vi promiſſionis mihi factæ; habeo ius ad ſolutionem pretij, quæ eſt actio poſitiua.

105 Addimus tamen, quod etiam ius ad omiſſionem eſt perſonale quando eſt vagū ratione rerum, determinatum ratione perſonarum. Imò aſſerimus vniuerſaliter loquendo, quod quotieſcumq. ius habet inæqualem extenſionem ratione rei, & perſonæ, illud eſt reale, quod eſt magis determinatum ratione rei, illud verò perſonale quod eſt magis determinatum ratione perſonæ, vt conſtare poteſt inductione.

106 Colligitur ex dictis, non poſſe alteri conferri ius reale plenum in aliquam rem niſi

ab eo qui habeat ius perſona-
le in omnibus perſonis, hoc eſt
à Deo, qui eſt fons omnis iuris.
Ad hoc enim vt ego habeam
ius plenum, ac dominium per-
fectum equi e. g. debet eſſe il-
citum omnibus perſonis illum
equum me inuito contrectare.
Sed non poteſt quis reddere
illicitum omnibus perſonis cõ-
trectare meum equum niſi ſit
Dominus omniũ perſonarum;
ergò non poteſt quis dare
ius reale perfectum e-
qui, niſi ſit domi-
nus omnium
perſona-
rum.

# CAPVT XIII.

*De præcipuo Iure, hoc eſt de Dominio. An dominium humanum poſsit cum iiſdem prædicatis verſari circa alias res, quam corporales.*

107 INter iura, præcipuū eſt dominium. Definitur autem illud à Bartolo, *ius perfectè diſponendi de re corporali, niſi lege prohibeatur*. Et quia ſolus Deus habet ius perfectè diſponendi de quacumque re (creaturæ enim nunquam habent ius diſponendi perfectè de aliqua re, cum non poſsint de illa diſponere Deo inuito) ideò ſolus Deus eſt perfectè Dominus; homines dum dicuntur

Domini, intelligendi ſunt habere dominium imperfectum & Deo ſubordinatum, quod quò magis imitatur dominium diuinum, eo magis propriè & perfectè eſt dominium. Ille verò dicitur perfectè dominus in ratione dominij humani, qui eſt Dominus quantum ſolet eſſe hominibus cōceſſum. Ideò perfectiùs eſt Dominus ille, qui habet dominium abſolutū, quam Fideicommiſſarius, e.g. quia Dominus abſolutus poteſt vti re in plures vſus, quàm Fideicommiſſarius.

108 Dū verò ad dominiū requirunt aliqui; quod poſſit quis diſponere de re *in propriā vtilitatem*, ſenſus eſt, quod poſſit diſponere ad proprium libitum; alioquin Deus non eſſet

Domi-

Dominus, vt potè incapax recipiendi vtilitatem; In eo ſenſu ergò intelligenda eſt *vtilitas*, quantùm ſpectat ad hanc definitionē; in quo ſenſu intellexit *lucrum* Ariſt. 5. Eth. cap. 4. ex percuſsione, occiſione, & ſimilia, quæ nullam afferunt vtilitatem agenti; vbi ait *& quamquam hæc nomina quibusdam accomodata non eſſe videntur, vt ei qui percuſſit, lucrum, & ei, qui paſſus eſt, damnum: cum menſurata tamen fuerit paſſio, hoc damnum, illud lucrum vocatur.*

109 Porrò propoſita definitio malè reprehēditur à quibuſdam auctoribus, quod reſtricta ſit ad ius diſponendi de re corporali, cum tamen etiam rerum ſpiritualium dari poſsit

perfectum dominium, & de fa-
cto detur in Deo: Nam re verà
in ea non definitur dominium
vniuerſim, ſed dominium il-
lius rationis, quale competit
hominibus: tale autem domi-
nium benè reſtringitur ad res
corporales; cum ius ſimile iuri,
per quod homo dominatur in
rebus corporalibus, dari non
poſſit circa incorporeas.

110 Ratio verò eſt, quia
dominium humanum eſt ius
contrectandi, vel deſtruendi
per poſitiuam aliquam actioné
id, cuius aliquis eſt Dominus,
& reddendi alijs illicitam con-
trectationem, & deſtructionem
talis rei, quæ deſtructio iniuſta
ſupponit ſemper aliquam iniu-
ſtam contrectationem. At ve-
rò dominium non eſt ius quo-
modo-

modocunq. operandi circa rē, & alijs impediendi quomodocunq. circa eandem rem operari: neq. enim aliquis eſt Dominus Palatij, quia poſsit frui aſpectu illius, ſed quia poteſt illud contrectare vt voluerit, alijs verò omnem contrectationem impedire, cum tamen impedire non poſsit aſpectum tranſeuntibus. Sed hoc ius contrectandi, & reddendi alijs illicitam contrectationem, non poteſt verſari niſi circa res corporales; ergò hoc genus dominij eſt reſtrictum ad res corporales. Quod verò hoc ius contrectandi, ſolis corporibus conueniat, conſtat inductione. Primò enim verſari non poteſt circa accidentia, quandoquidem nullum accidens eſt mobile,

bile, & tractabile per ſe, ſed per motum, & tractationem ſubiecti. Secundo nec res ſpirituales mobiles ſunt, ac tractabiles. Nam quātum pertinet ad deſtructionem, ſunt indeſtruibiles ab agente creato; & quamuis poſſint deſtrui à Deo, tamē hæc deſtructio non fit per poſitiuam actionem, ſed per ſubtractionē cōcurſus, quæ nō eſt actus dominij, vt non eſt actus Dominij, negare panem mendico indigenti. Quantum verò ſpectat ad alias alterationes, cū ſubſtantiæ ſpirituales non ſint capaces recipiendi ab alijs agentibus vllum accidens diſtinctum à motu locali (niſi ad ſūmum ſpeciem intelligibilem, cuius productio non prohibetur à dominio in humanis) nō
poteſt

poteſt in eas exerceri dominiũ tales operationes impediendo. Sed neque motus localis poteſt fieri ab vllo agente circa Angelos, licèt aliqui contrarium doceant: ergò neq. illum impediendo poteſt exerceri dominium. Quod verò non poſſit circa Angelos exerceri motus localis, probatur, quia eatenus corpora ſunt apta moueri extrinſecè per impulſum, quatenus vnum corpus exigit ingredi illud ſpatium, quod occupatur ab alio corpore, nec poteſt propter impenetrabilitatem hoc obtinere niſi per illius corporis expulſionem. Sed, cum Angeli ſint penetrabiles, poſſunt obtinere locũ alterius, illum alterum non expellendo; ergò non debent poſſe illũ

alterum de loco ſuo mouere. Et licèt legatur in ſcripturis Angelos bonos mouere malos de facto, dicendum tamen quod id præſtant non per virtutem naturalem, ſed ſupernaturalẽ. Mouerunt enim malos naturâ præſtantiores ſe, quod certè naturaliter non potuiſſent. Ex his concluditur dominiũ, quod Deus habet in Angelos, & ſpiritualia, eſſe diuerſæ rationis ab humano quod à Bartolo definitur.

III Dominium humanũ dat ius impediendi omnes illas actiones circa rem noſtram, quibus directè intendatur vel tanquam finis, vel tanquam medium deſtructio illius rei: ideò mater, quæ procurat abortum tanquam mediũ ad vitatio-

tationem ſui dedecoris, agit iniuſtè in filium. Contrà verò non agit iniuſtè, dum ad tuendam vitam ſumit pharmacum, ex quo præuidet, ſecuturum abortum; quia non intendit vt medium abortum, ſed euacuationem, vel alterationem humorum, quæ perinde eſſet vtilis licèt non eſſet coniuncta cum abortu. Ex quo ſequitur, quod ex ſola diuerſitate intẽtionis fieri poſſit, vt actio aliter licita euadat iniuſta.

112 Ratio verò à priori eſt, quia quamuis illæ actiones per ſe ſpectatæ, hic & nunc non ſint prohibitæ à iuſtitia, tamen ſunt prohibitæ, ſi fiant ex fine nocendi. Cum enim vt vidimus in lib. *de actibus humanis* obiectum immediatum quod

prohibet iuſtitia & quæcunque virtus ſit actio vt libera, ac proinde vt imperata ab actu volũtatis, nil mirum, ſi iſtæ actiones, quæ non prohibentur, ſi fiant per vnum actum liberũ prohibeantur, ſi fiant per aliũ actum liberum intendentem directè malum proximi.

113 Quod ſi illa ſumptio pharmaci (& idem valet de alijs) fieret ex duplici fine adæquato, hoc eſt ſanitatis, & abortus, putamus quod non obligaret ad reſtitutionem quia obligatio reſtituẽdi eſt obligatio iterũ ſtatuendi læſum in eo ſtatu, quem hebebat in eo inſtanti, in quo accepit iniuriam, præſcindendo ab ipſa integrà iniuria; ſed in caſu noſtro præſcindendo etiã ab integrà iniuria,

ria,

ria, adhuc erat totum damnũ proximi, quod fuit de facto; iniuria enim nulla eſt in eo caſu, niſi includẽdo intentionem prauam, qua præciſà adhuc læſus idem omnino paſſus eſſet dependenter ab alia intentione, quę tum fuit, finis liciti; ergò non eſt locus reſtitutioni.

# CAPVT XIV.

*De Poſſeſsione, & vſu vbi quomodo hic diſtinguatur à dominio in rebus quæ vſu conſumuntur; & an vſus facti ſit vendibilis.*

114 PRæter *dominium* datur *poſſeſsio*. Hæc aliquando ſumitur pro ipſa actuali detentione; aliquando pro iure ad talem detentionẽ; in quo ſenſu fur non habet poſſeſsionem, quamuis actu rem detineat. Poſſeſsio ſumpta pro iure detentionis, ſecluſa humana ignorantia non fuiſſet ſeparabilis à Dominio; cum ſolus Dominus ius habeat detinendi rem ſecluſa ignorantia, atque

adeò

adeò ſolus dominus habeat poſſeſsionem iuris. Quia tamẽ ſæpè dubitatur, cui ſit adiudicandum dominium rei, ideò pro aliquo tempore ſeparatur poſſeſsio à dominio, & dum diſcutitur, vter litigantium ſit Dominus, poſſeſsio adiudicatur vni per decreta, quæ vocãtur *interdicta*, quaſi *interim dicta*, dum abſoluatur cauſa proprietatis, quæ abſoluta (vt dicunt Iuriſtæ) abſorbet causã poſſeſsionis. Porrò in quibusdã materijs, effectus poſseſsionis eſt, vt inducat præſumptionẽ dominij. Hoc ipſo enim quod alter non probat ſe eſſe Dominum rei, præſumitur Dominũ eſſe illũ, qui poſsidet. Aliquando verò poſſeſsio non ſufficit ad præſumptionem dominij,

nij, ſed requiruntur aliæ probationes hoc eſt quando vel tãta eſt inueriſimilitudo dominij vt ſuperet coniecturã reſultantē ex poſseſsione, vel quãdo leges poſitiuæ requiſiuerũt maiorem probationem ad præſumendũ dominiũ talis rei in tali poſſeſſore. Ex quo etiã prouenit vt ſola poſseſsio ſufficiat contra vnũ litigatorē qui non habet potiorē prçſumptionem dominij pro ſe, non verò cõtra alium litigatorem, cui præſumptio iuris aſſiſtit, ex. g. poſſeſſio fœudi, vel iuris patronatus obtinebit cõntra aliũ litigatorē priuatũ nõ autem contra Principē vel cõtra libertatem Eccleſiæ.

115 Præter poſſeſsionem, quæ datur ſolum circa res corporales, & tractabiles, eſt etiã apud

apud Iuriſtas *quaſi poſſeſſio*, quę verſatur circa iura, & circa res incorporales. Ità qui exegit per aliquod tēpus fructū alicuius annui cenſus, aut penſionis, debet manuteneri imposterū in eadem facultate, donec decernatur ſuper iure illo radicali exigendi, & idcircò cōpetit ei *mandatum de manutenendo, &c.*

116 *Vſus* nomine intelligitur apud Iuriſtas *Ius* ad vsū. Res quibus vtimur ſunt in duplici genere. Aliæ quarum vſus primarius non conſiſtit in earum conſumptione, neque in amiſſione dominij talium rerum. Huiuſmodi ſunt domus, agri, & alia huiuſmodi. Aliæ ſunt, quarum vſus primarius conſiſtit in conſumptione vel amiſſione dominij; cuiuſmodi ſunt

panis

panis, vinum, &c. quæ vſu cō-
ſumuntur, & etiam pecunia,
cuius vſus primarius eſt com-
mutari cū alijs rebus, per quam
commutationem pecuniæ do-
minium amittitur. Certū eſt
ius ad vſum in rebus, quæ vſu
non conſumuntur, diſtingui
ab earum dominio: Qui enim
conduxit domum ius habet ad
vſum domus, nec tamen eſt
Dominus domus.

117 Difficilius diſtinguitur
à dominio vſus rerū, quæ ipſo
vſu cōſumuntur. Qui enim ha-
bet vſū panis, videtur habere
ius conſumendi panem in pro-
priam vtilitatem; ergò videtur
eſſe Dominus panis; cum qui-
cunque habet ius conſumendi
rem aliquam in propriam vti-
litatem, ſit Dominus illius. Hic
tamen

tamen non obſtantibus certiſſimum eſt aliquem vſum rerū, quæ vſu conſumuntur diſtingui ab earum dominio; cum Nicolaus III. Clemens V. Innocentius V. & Gregorius IX. id comprobauerint, ac docuerint, Patres Franciſcanos nullius rei ne mobilis quidem, & vſu conſumptibilis, habere dominiū: licèt Ioannes XXII. oppoſitum docuiſſet. Neq. verò hæc Pontificū diſcrepantia officit Apoſtolicæ Sedis infallibilitati; cū non diſcreparint in rebus fidei, ſed in articulo iuris ciuilis.

118 Cœterùm, vſum facti, hoc eſt vſum licitum quidem, ſed ſine iure, & exercitum de conſenſu reuocabili à Domino pro ſua voluntate, atque adeò non obligante Dominū,

qua-

qualis competit Franciſcanis, diſtingui poſſe à dominio, conſtare videtur manifeſtè. Poteſt enim in quolibet inſtanti reuocari licentia vtendi cibo, illumque conſumendi, atque adeò vtenti reddi illicitus, & iniuſtus vſus cibi. Sed ille, cui in quolibet inſtanti poteſt reddi iniuſtus vſus cibi, non eſt Dominus cibi; ergò Franciſcani poſſunt habere vſum cibi, & non eſſe Domini cibi. Poteſt hoc confirmari exemplis. Seruus enim, qui ex licentia Domini comedit panem, non eſt Dominus panis, quia illa licentia eſt reuocabilis, & talis, vt poſſit Dominus in quocunque inſtanti illum prohibere à comeſtione panis; ſimiliter conuiua ex eadem ratione non acquirit do-
minium

minium eduliorum appoſitorũ in menſa. Et licèt ille vſus,quẽ habet Franciſcanus, coniungatur cum aliquo iure; cum non poſſit quis extraneus iuſtè impedire Franciſcano vſum rei quam per elemoſynam à Domino obtinuit: adhuc hoc ius non ſufficit ad dominium, vt potè quod debet eſſe ius irreuocabile: cùm qui habet ius reuocabile rerum conſumptibilium nullam habeat certitudinem fundatam in iure, ne pro breuiſſimo quidem tempore, ſuæ ſuſtentationis; atque adeò ſit ſummè mẽdicus, ſicut etiam ſeruus eſt ſummè mendicus ex eadem ratione. In hac enim carentia certitudinis fundatæ in iure proprio conſiſtit eſſentia mendicitatis.

Vſus

119 Vſus facti, tam in pecunia, quam in alijs rebus, non eſt aliquid pretio vendibile. Ità, licèt pro iure ad vſum domus e. g. poſsit accipi aliquid pretij; tamen pro vſu facti ex licentia Domini ſine aliquo iure non poteſt accipi pretium. Ratio eſt, quia id quod propriè metaphyſicè venditur, ac permutatur, non eſt res ipſa, ſed ius. Vendere enim domum pro mille aureis, nihil eſt aliud quam, me dare tibi ius in hanc domum, & te dare mihi ius in mille aureos; ſed cum datur licentia reuocabilis vtendi domo, non datur vllum ius; ergò non poteſt accipi aliquod pretium. Et licèt per conceſsionem reuocabilem, per quam concedo Petro habitare in mea domo,

mo, dem ipſi Petro ius contra tertium, qui non poteſt impedire Petro vſum rei meæ ſi Petrus ea vtitur ex mea licentia: tamen cum illud ius Petri remaneat meũ, vt potè pro mea voluntate auferibile à *Petro*, nõ fuit venditum Petro, atque adeò non poſſum recipere pretium pro eo, quod non fuit vẽditum, ſed remanſit meum. Verum quidem eſt, quod ille vſus facti eſt materia gratiarũ actionis; adhuc tamen non eſt pretio vendibilis, Iuſtitia enim (loquor de illa parte iuſtitiæ, quæ pertinet ad commutationes) in hoc differt à gratitudine, quod recompenſatio iuſtitiæ ſit recompenſatio non rei, ſed iuris: Vnde ſi quis ſine vlla præuia promiſſione, aut obliga-

obligatione poneret in me vi-
ſionem beatificam, nihil poſſe
illi debere ex iuſtitia, & tamen
deberem maximam gratitudi-
nem.

120 Obijci poſſet, eum
qui concedit licentiam come-
dendi ſuum panem Franciſco
ex. g. obligare ſe ad non impe-
diendum pro eo inſtanti vſum
ſui panis Franciſco, atque ideo
dare illi aliquod ius aduerſus ſe
ipſum quod videtur eſſe pretio
commutabile. Sed reſpōdetur
præterquam quod in humanis
non fiunt actiones inſtātaneæ,
ac proinde omnis vſus facien-
dus à Franciſco circa panem
eſt impedibilis iuſtè à domino
non obſtante licentia illa con-
ceſſa, ſed reuocabili pro tem-
pore ſequenti, reſpondetur in-
quam

quam etiam in ordine ad Angelos, & ad operationes inſtantaneas argumentum non valere.

121 Non enim poteſt accipi pretium cuiuslibet iuris, quod alteri concedatur ſi illud ius reſultet ex eo quod ille fiat miniſter noſtræ voluntatis in ordine ad vſum phyſicum rei noſtræ. Hoc poſito, non poſſumus accipere pretium ex iure, quod ille conceſſionarius per vſum facti ſibi à nobis conceſſum acquirit, ne pro illo inſtanti impediatur à nobis in tali vſu; illud enim ius eſt commune & ſeruo, & miniſtro, & cuicunq. executori noſtræ volũtatis; & non datur eiuſmodi perſonis in fauorem illarum, ſed in fauorem ipſius præcipiẽtis.

tis.

tis. Quippe non poſſent tutò exequi voluntatem alterius, ſi illi alteri liceret eiuſmodi executionem phyſicè impedire: quare idem eſt dicere: *fac hoc* ſeu *permitto tibi, vt facias hoc*, ac dicere: *id mihi non diſplicet* vel *ita me geram, ac ſi mihi non diſpliceret*: quæ verba nemo habet ius proferendi erga vllam perſonam, niſi cum actuali voluntate verificandi illa.

122 Totum ergo ius, quod acquiritur conceſſionario aduerſùs eum, qui concedit vſum facti, non eſt aliquod ius antecedens ad ipſam voluntatem, quam habet & explicat dominus, phyſicè vtendi re in hunc peculiarem vſum, Atqui ſolũ tale ius antecedens eſt pretio cõmutabile vt pote quod ligat domi-

domini voluntatem ad nolendum licitè id, quod alioquin poſſet velle. Sed tale ius quod in prędicto caſu acquiritur cōceſſionario, eſt ius conſequens ad voluntatem quam dominus explicat ſe habere hìc & nūc circa vſum phyſicum ſuæ rei: qua explicatione poſita non eſt aliquid pretio vendibile hoc quod eſt *dominum non poſſe operari contra talem voluntatem in eodem inſtanti*.

123 Quod ſi dominus ſe obligaret in priori natura ad talem voluntatem habendam, potuiſſet vtiq. vendere talem obligationem, ſed iam tunc nō eſſet vſus facti, ſed vſus iuris. Et hæc eſt ratio, cur Deus nunquam det nobis niſi vſum facti; nam licèt in ſenſu compo-

ſito cum ſua licentia non poſ-
ſet impedire nobis vſum rei cõ-
ceſſæ tamen id totum præſup-
ponit eſſentialiter in priori na-
tura voluntatem Dei qua de-
creuit, eum vſum non impe-
re; ac proinde illa licentia no
obligat Deum ad aliquid a
quod volendum, vel nolend
Deus eſſet indifferens in ſigno
immediatè priori. Quæ
clariùs liquebunt ex
dicendis in *li-*
*bro de in-*
*carnatione* ſuper
obligationi-
bus diui-
nis.

# CAPVT XV.

*De vſura: vbi an liceat accipere aliquid vltra ſortẽ ratione periculi intrinſeci vel extrinſeci; Cur vſura ſit inhoneſta iure naturæ. De cenſibus, montibus pietatis, & locis montium.*

124 LIcèt vſus facti non ſit pretio æſtimabilis, eſt pretio æſtimabilis vſus Iuris; ideò poteſt accipi pretiũ pro iure ad habitandum in aliqua domo per annum. Quia tamen proprius vſus pecuniæ eſt ipſius amiſsio, hinc eſt quod ius ad vſum pecuniæ ſit ius ad diſtrahendam pecuniã, & tantum valeat; quantum ipſa pecunia: & quia qui mu-

tuò dat decem nummos, dat ius ad vſum pecuniæ, atque adeò dat dominium decem nummorum; ideò acquirit ius ad totidem nummos. Quæritur an tunc ex pacto licito, & non continente inæqualitatem poſſit acquiri ius ad aliquid plus in quo cõſiſtit ratio *vſuræ*, quæ nihil eſt aliud quàm paciſci pro mutuo aliquid vltra ſortem.

125 Et primò quidem certum eſt ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis licere aliquid accipere, licèt in foro externo præſumatur cõtractus vſurarius niſi conſtet re ipſa lucrum ceſſaſſe, aut damnum emerſiſſe ratione mutui. Sicut verò pro lucro, quod ceſſauit, & pro damno, quod emerſit, poſſum

poſſum aliquid accipere; ità ſi damnum futurum, vel lucrum ceſſaturū eſt incertum, poſſum accipere tantum, quanti æſtimatur illud periculum dāni, & ſpes lucri, licèt in foro externo propter ſuſpicionē fraudis non ſoleat approbari iſte contractus Cenſemus etiam, poſſe aliquid accipi vltra ſortē, ex periculo non recuperandi ipſam ſortem, non ſolum ſi periculum ſit extrinſecum, & accidentale (vt ſi pecunia exponeretur mari, cum vita, & omnibus bonis debitoris) ſed etiā ſi periculum ſit intrinſecum, reſultans ex dubio, ne debitor ex paupertate non ſoluat. Ratio eſt, quia toties contractus eſt iuſtus, & æqualis, quoties res, quæ permutantur habent

æqualem æſtimabilitatem. Sed poteſt contingere, vt ius præſens quod ego perdo mutuando decem aureos alicui pauperi, habeat maiorem æſtimabilitatem, quã ius, quod acquiro ad alios decem aureos recuperandos, & æqualem æſtimabilitatem, ac ius recuperandi vndecim e.g. ergò poteſt iuſtè fieri iſta permutatio. Minor probari poteſt, quia ius recuperãdi poteſt eſſe valde incertum: ergò ſicut, quando ego habeo creditum vndecim aureorum difficilè recuperabilium, poſſum iuſtè illud vendere decem aureis, ità in caſu noſtro potero decem aureis emere ius periculoſum recipiendi vndecim.

126 Neque obſtat exem-

plum

plum furis, qui quantumuis pauper, ſi poſtea reſtituat quã-tum accepit, ſatisfacit iuſti-tiæ; quia tollit totum illud periculum, quod antea im-minebat domino ex pauper-tate debitoris; non inquam id obſtat ad probandum hoc idem debere contingere in debitore ex contractu, atque adeo pactum de reſtituendo aliquid vltra ſortem in tali ca-ſu eſſe iniuſtum. Nam contra eſt, quoniam in caſu furti il-la obligatio quæ reſultat ex de-licto, non eſt æquè æſtima-bilis iudicio prudentum ac iactura, quam dominus pa-titur; alioquin furtum non eſſet iniuria ſaltem damnoſa, ſi æquè eſſet expetibile domi-no poſſidere ſua, ac habere

ius contra furem ad reſtitutio-nem. Cœterum quia eſſet le[x] duriſsima, & inobſeruabilis ob-ligare furem ad tantam reſtitu-tionem ſpontaneam, vt ea ob-ligatio reſultans in fure æq[ui] eſſet æſtimabilis, ac damnu[m] ex furto (ſæpe enim conditi[o] perſonæ faceret, vt furatus vn[um] obligaretur ad reſtituendum mille) ideo non eſt inductu[m] hæc obligatio in fure; qui tamẽ punitur per alias pœnas modò corporales, modò pecuniarias, aut fiſco, aut parti applicãdas, ſed non ſubeundas vltrò, nec ante condemnationem, quia id eſſet nimis durum, vt diximus.

127 At in contractibus eſt ſeruanda talis æqualitas, vt non melior ſit conditio vnius con-

contrahentis, quam alterius ſaltem notabiliter: alioquin non ſponte ambo contrahentes conuenirent; ideò obligatio, quæ reſultat in mutuatario, debet eſſe tanti æſtimabilis iudicio prudentum, quanti æſtimatur dominiũ rei quod accipit à mutuante. Et ideo nil mirum ſi in tali caſu ſit conſideranda æqualitas pretij non inter datum, & reſtituendum, ſed inter datum & obligationẽ reſtituendi. Fatemur quidem, poſſe iniri contractum etiamſi deducatur in pactum reſtitutio tãtummodo æqualis ſummæ, & tamen immineat magnum periculum illius non recuperandæ, ſeu tale periculum proueniat ab intrinſeco, ſeu ab extrinſeco; alioquin innumeri

contractus damnandi eſſent tanquam iniuſti. Sed ratio huius rei eſt; quoniam id quod venditur poteſt æſtimari duplici pretio & vtroque iuſto. Alterum eſt ſecuudum vtilitatẽ, quam affert emptoti eius acquiſitio; alterum eſt ſecundũ damnum, quod affert venditori eiuſdẽ iactura: ſic enim ex. g. iuſtè poteſt vendi labor foſſoris, qui ad arbitrium alterius foderet in arena, eodem pretio, ac ſi foderet in eius vinea; quia damnum, hoc eſt labor, foſſoris eſt idem: Ex alia parte ſi per illam foſſionem alius perciperet minimam quandam vtilitatem, poteſt dicere: *ego nolo tuam foſsionem emere niſi ſecundùm valorem vtilitatis quã ex illa ſum percepturus*. Et ideo

multæ

multæ artes laborioſiſſimæ habēt minimū quęſtus, quia minimum habent vtilitatis. Hoc ſuppoſito, poteſt vnus contrahens nolle emere obligationem alterius niſi ſecundùm vtilitatē quam iudicio prudētum acquirit ex tali obligatione valde incerta, & fruſtrationi obnoxia. Et ſic poteſt illā iuſtè emere minori pretio, quā ſit ſūma in obligationē deducta: ex alia parte hæc obligatio tantū oneris videtur imponere ipſi obligato, & eius hęredibus, ac ſi nulli periculo ſubiaceret: nam id ipſum teneri ad id ſoluendū quod quis non habet, & fortaſſe nō habebit, eſt onus grauiſſimū, & afferens innumeras moleſtias, & erumnas. Idcirco poteſt hæc eadē obligatio ven-

di ſecundum æſtimationem huius oneris, quod infert illa ipſi obligato, ac proinde poteſt vendi quanti venderetur; ſi eſſet obligatio opulenti debitoris.

128 Periculum commune, quod reperitur in quibuſcunque debitoribus, nō ſufficit ſemper ad iuſtificandam promiſſionē recipiendi aliquid vltra ſortē. Hoc enim periculū cōpēſatur cum periculo cui ſubeſt hęc numerò pecunia, ſi maneat apud me. Addimus quod dū tale periculum imminet ſolum ex veriſimili iniuſtitia debitoris, qui licet poſsit, nolit ſoluere, non ſufficit ad hoc vt mutuans ſtipuletur aliquid vltra ſortem. Alioquin quando mutuum initur cum potētioribus,

qui

qui cum cogi nequeant ad ſol-
uendum, eſt periculum ne no-
lint ſoluere, poſſet fieri mutuũ
cum magno lucro. Er ratio à
priori eſt, quia iniquum eſt vt
aliquis neceſsitetur vel ad dã-
dum plus, quam accepit, vel
ad lædendam iuſtitiam. Hinc
verò deſumitur diſparitas, cur
liceat aliquid plus accipere ex
periculo paupertatis, nõ liceat
plus accipere ex periculo iniu-
ſtitiæ; nam in primo caſu poteſt
contingere, vt debitor ad nihil
teneatur proximè; quare non
eſt cõtra æqualitatẽ iuſtitiæ ille
contractus, per quem poſſibile
eſt, vt is teneatur vel ad plus,
quã accepit, vel ad minus, vel
ad nihil. At in ſecũdò caſu cer-
tũ eſt quod mutuatarius tene-
bitur ad plus, quod eſt iniuſtũ.

Alia

129 Alia ratio magis à priori eſt tum natura generalis omnium contractuum, tum ſpecialis, quam habet contractus mutui. Generaliter quidē omnes contractus ſunt inſtituti à natura ad fouendam mutuam beneuolentiam inter eos, qui habent cōmune comercium. Propter hoc enim, vt benè notat Ariſtoteles initio Polit. natura dedit peculiarem inſufficientiā homini præ cæteris animantibus, vt oriretur mutuus amor ex mutua indigentia, quæ indigentia eſt fundamentum cōmutationum, & contractuum vt ex eodem Ariſt. ſupra obſeruauimus. naſcitur autem beneuolentia ex contractua dum vnus contrahens ſequitur fidem alterius cōtra-

tra-

trahentis, & acceptat obligationem illius, tanti eam æſtimando, quanti æſtimatur res ipſa in obligationem deducta: Quocirca poteſt quidem exigere aut fideiuſſores, aut pignora; quia in primo caſu non vult ſequi fidem vnius, ſed multorum; in ſecundo autem caſu nõ vult ſequi fidem alterius contrahentis niſi cum tali cautione. At non poteſt inire cõtractum per quem poſitiuè profiteatur probabilẽ ſibi eſſe malã fidem alterius contrahentis, & proinde exigat pretiũ pro periculo quod ex ea imminet. Hoc enim non tam eſſet fouere beneuolentiam, quam excitare inimicitias, & præbere occaſionem vt vnuſquiſque vel malè ſentiret, vel profiteretur ſe ma-

lè ſentire de alijs, cum quibus contrahit, vt hoc obtentu ini-ret contractum lucroſiorem.

130 Præter hanc generalem naturam contractuum, accedit vt diximns ſpecialis natura mutui qui, vt obſeruaſſe videtur S.Th. opuſc. 73. eſt vnicus contractus vltro citroque obligatorius qui ſit eſſentialiter beneficium vnius contrahentis erga alium: Et eſt peculiariter inſtitutus à natura ad finē augendę mutuæ beneuolentiæ. Sed nihil tam inimicum beneficio, & beneuolentiæ, quam aperta profeſsio de mala exiſtimatione circa fidem alterius, ergo nō licet hanc exiſtimationem profiteri in contractu mutui.

131 Accedunt incommoda,

da, quæ ſequerentur ſi mutuatarij ex indigentia acceptarent frequenter mutuum cum eiuſmodi conditione, & deinde ſuſcitarentur frequentes lites ſuper æqualitate huiuſmodi cōtractuum, ac proinde ſuper probabili probitate, vel prauitate contrahentis, ex quo erūperent grauiſſimæ inimicitiæ, & hominum infamationes.

132 De fide eſt vſuram eſſe prohibitam. Licèt aliqui Auctores putauerint illam illicitam eſſe ſolùm de iure poſitiuo, tamen indubitatū cenſemus eſſe vetitam de iure naturæ. Nam Pontifices, & Patres probant vſuræ prohibitionem ex teſtimonijs veteris teſtamenti; cum certum ſit Chriſtianos non obligari lege veterî po-

poſitiua, ſed tantum naturali. Licèt verò Deuter. 23. dicatur, *non fænerabis fratri tuo, ſed alieno*: Patres tamen & Doctores explicāt hoc vel de permiſsione in ordine ad pœnas legis externæ, vel de licentia, quā Deus conceſſerit Iſraelitis, accipiendi à Gentilibus tanquam ab hoſtibus. Veteres iuris cōſulti Romani permiſerunt vſuras & actionem pro eis conceſſerunt. Sed leges iſtæ non ſunt receptæ à Chriſtianis Principibus, & correctæ ſunt à Iure canonico.

133 Ratio, propter quam vſura eſt illicita, non eſt adeò patens, vt ſine ſubtili ratiocinatione dignoſcatur. Facilius probatur pro mutuò præciſè nihil accipi poſſe vltra ſortem; cum iniuſtum ſit remoto

tuo damno,& periculo obligare alium ad plus tibi reddendũ, quam illi dederis .Et quamuis ille ex pecunia accepta percipiat magnum commodum,tamen,cum in mutuo transferatur dominium, accipit cõmodum ex pecunia ſua, & non tua,adeòque lucrum eſt ſuum, non tuum; cum contrarium accidat in locatione, & commodato, in quibus dominium non transfertur; ideòque poteſt vendi conductori emolumentum quod percipit ex re aliena. Difficilius verò probatur non poſſe aliquid accipi vltra ſortem pro obligatione non repetendi mutuũ niſi poſt tantum tempus, ideòque aliqui auctores conceſſerunt poſſe. Sed iſta ſententia videtur refel-

ſellēda; quia Cōcilia, & Patres
vſurā dānantes, nō vidētur dā-
nare tantūmodò cōtractū illū,
in quo ità mutuans vſuras exi-
geret, vt sēper poſſet pro libitò
ſortē repetere (hic enim cōtra-
ctus cū pacto vſurarū non ſolet
fieri) ſed illum in quo mutuans
obligatur ad nō repetenda ſor-
tem pro aliquo certo tempore,
mutuatarius verò ad ſoluen-
dum aliquid vltra ſortem.

134 Vſurā ergo etiā in hoc
sēſu eſſe illicitā; probatur ab in-
genioſis recentioribus ex eo
quod ſicut ager tanti venditur
hoc anno, quanti anno futuro;
ità moneta tanti valet hoc an-
no, quanti anno futuro; nam
quando ex parte tēporis ſequē-
tis datur vſus ſine termino, tūc
id quod diminiminuitur ex parte
tem-

tēporis antecedētis, nō videtur conſiderabile ad minuendam æſtimationem rei; ideòq. Deus non cenſetur plus dare illis Sā-ctis, qui prius moriuntur, ac proinde prius accipiunt beatitudinem, quā illis qui moriū-tur poſterius: quoniam vtriq; à parte poſt habent beatitudinem ſine termino. Veruntamen hæc ratio videtur petere principium: Poſſunt enim dicere aduerſarij, agrū plus vendi anno antecedenti, quam cō-ſequenti, quia æqualis pecunia plus valet vt poſſeſſa vno anno ante, quam vt poſſeſſa vno anno poſt, nec contrarium eſſe ſupponendum, vt potè quod eſt in quæſtione.

135 Poſſunt etiam retorquere argumentum petitum

ex beatitudine anticipata; quia non poteſt negari quod illa anticipatio ſit magnum bonum, & ideò Patres, qui erant in limbo clamabant pro illius acceleratione, & dicuntur meruiſſe bonis operibus factis in hac vita adeòque accepiſſe tanquam præmium accelerationem Incarnationis. Nec tamen Deus eſt anguſtè remuneratus eos, qui longius vitam protraxerũt. Nam quælibet æternitas beatitudinis eſt præmium non inferius merito noſtro, ideòque Deus etiam ex hac parte non poteſt non remunerari ſupra condignum; quia ſcilicet ſemper poſſet diutius protrahere remunerationem, & tamen non remunerari citra condignum.

Prima

136 Prima ergo ratio probans malitiam vſuræ, & euincens non poſſe aliquid pecuniarium accipi pro obligatione dilationis in mutuo reſtituendo; licèt illa dilatio ſit cōmoda mutuatario, incommoda mutuanti, deſumi debet ex eo; quia quodcumq. acciperetur valeret plus, quā illa dilatio, & obligatio dilationis, ſed cum accipitur plus quam datur, eſt iniuſtitia; ergò quodcumq. acciperetur, eſſet iniuſtitia. Sanè quod quantumcūque pecuniæ acciperetur, valeret plus, quā illa dilatio, probatur ex eo, quia id pecuniȩ quod acciperetur, haberet proportionem aliquam ad totam ſummā pecuniæ, imò & ad quamcunque pecuniam aſsignabilem,

itá

ità vt finities replicatum illam adæquaret vel etiã excederet; At nulla anticipatio poſseſsionis pecuniæ quantumuis magnæ poteſt habere proportionẽ ad pecuniã quantumuis minimã, pecuniã ſed sẽper erit minoris æſtimationis: Ergò quodcũq. pecuniȩ exigatur pro illa anticipatione, exigitur *plus*, quam valeat illa anticipatio. Porrò non dari proportionem inter anticipationem poſseſsionis, & quantumcumque minimam, euincitur; quia vel præſcindimus à caſibus fortuitis afferentibus moralem quamdam neceſsitatẽ Domino aut eius hæredibus, amittendi dominium pecuniæ poſt aliquod lõgum tempus; vel æſtimamus iſtam neceſsitatem; In vtroque caſu

caſu illa dilatio repetitionis nullam habet proportionem cum pecunia mutuata; Ergò, &c.

137 Minor probatur, & primò quidem in primo caſu. Nam præſcindendo à prędictis euentibus fortuitis quæcunq. minima pecunia detur, datur vt poſſidenda per totam æternitatem à parte poſt; ergò poſſeſſio cuiuſcunq. pecuniæ proportionem habet cum poſſeſſione pecuniæ maioris poſſidendæ per totam æternitatem à parte poſt; ſed poſſeſſio per annũ, vel per duos annos nullam habet proportionem cum poſſeſsione per totã æternitatẽ à parte poſt, cũ finities replicata, non poſſit illam adequare; ergò &c. Iam probatur eadem minor in ſecundo caſu.

Nam vel conſideras illam certitudinem dominij finiendi, quæ reſultat ex fide, eò quòd nobis conſtet poſſeſsionem rerum noſtrarum non forè perpetuam, ſed cũ ipſo mũdo deſiturã in die iudicij; & hæc nõ obſtat, tũ quia cũ naturaliter talis poſſeſſio deberet eſſe æterna Deus noluit vt expectatio iudicij quidquã immutaret, aut immiuueret noſtram prouidentiam futuri tẽporis, & æſtimationem rerum in ordine ad cõtractus. ſicut cõſtat experiẽtia, cũ res non aliter eſtimentur in contractibus à Chriſtianis, quam ab Ethnicis, hoc eſt ab inſcijs huiuſmodi reuelationis de fine mundi: tum quia cum poſsimus ſuſpicari finem poſſeſſionis eſſe diſtantiorem, & di-

& diſtantiorem in infinitum; atque adeò poſſeſſionem pecuniæ noſtræ eſſe magis ac magis duraturam finitè in infinitum, nulla finita poſſeſsio poteſt æquare hanc ſpem infinitam ſincathegorematicè.

138 Declaratur hæc ratio; nam ſi ſciremus ex. g. mundũ eſſe diſiturum ſaltem infra decem millia annorum, deberet poſſeſſio æſtimari vt quinque millium; tanta enim eſſet probabilitas poſſeſsionem fore diuturniorem prædicto ſpatio quinque millium annorum, quanta eamdem fore breuiorẽ; quippe tanta eſt diſtantia à præſenti tempore, in quo mũdus deſinere tunc poſſet, ad quinque millia futura annorũ, quantà eſt ab eo termino ad

decem millia, vltra quæ mundus in ſenſu compoſito cum ea certitudine durare non poſſet. Rurſus ſi ſciretur mundũ eſſe deſiturum ſaltem infra viginti millia annorum, deberet poſseſſio ex eadem ratione æſtimari vt decem millia: Et ſic deinceps proportionaliter: ergò cum de facto nullus ſit terminus finitus temporis vltra quẽ non poſſimus ſuſpicari mundũ eſſe duraturum, nulla proinde eſt poſſeſsio finita aſſignabilis tam longa, vt ea ſit æqualis cõpenſatio illius probabilitatis, quam habemus de duratione poſſeſsionis rerum; ſi hæc conſideretur tanquam perſeuератura vſque ad finem mundi.

137 Vel cõſideramus illam certitudinem dominij tandem

amit-

amittendi, quæ habetur ex viciſſitudine rerum humanarũ, per quam certum eſt moraliter vnicuiq; nõ duraturam in æternũ apud ſe, & ſuos poſſeſſionẽ bonorũ, ſed ſolùm per certum ambitum temporis, intra quem poſsit quidem moraliter poſseſsio deficere, non poſsit autem vltra moraliter extendi: & adhuc æſtimata eiuſmodi certitudine vera eſt illa noſtra minor, quod dilatio repetitionis nullam habeat proportionem, & commenſurabilitatem cum dominio pecuniæ. Probatur; nam poſito quod aliquis non debeat poſſidere pecuniã, vel alia bona longiori tempore, quam decem annis e.g. perinde ſe habet, quod illa poſsideat his decem annis antece-

dentibus, ac quod ea poſsideat alijs decem annis conſequentibus; ergò non poteſt accipere pretium pro poſseſsione anticipata antecedentium decem annorum.

140 Et in hoc diſtinguitur mutuum à commodato. Commodatum enim fit cum retentione dominij. Quapropter omnia pericula, quæ imminẽt rei, imminent commodanti, & ſic tempus commodati eſt pars illius temporis intra quod moraliter eſt certa iactura dominij propter viciſsitudines humanas. At verò mutuum fit per translationem dominij & cum iure ad ſimile dominium recuperandum: quare ille ambitus temporis intra quod moraliter eſt certa iactura dominij

non

nõ includit tempus mutui, ſed incipit à tempore reſtitutionis. Quare per mutuum non imminuitur, ſed tantùm differtur tempus illius poſseſſionis, quod ſecundum caſus humanos ſolet eſſe præſcriptum dominij rerum.

141 Et quamuis optabilius ſit habere æqualẽ poſseſsione rei in tempore priori, quàm in poſteriori; & ideò mutuum ſemper contineat aliquod beneficium collatum mutuatarin à mutuatore vt ſupra dictũ eſt: tamen hic exceſsus optabilitatis non eſt aliquid habens proportionem partis quotæ cũ re, quæ poſsidetur. Probatur, nam alioquin poſsidere ex. g. centum hoc anno, perinde eſset optabile ac poſsidere

nonaginta nouem anno anteriore; & ſic deinceps retrocedendo per annos & demendo ſemper centeſimam partem ſummæ: ex quo fieret vt perinde eſset optabile poſsidere vnum quadrantem in aliquo anno antecedenti, ac poſſidere centum, aut etiam centum millia aureorum in aliquo anno ſequenti per poſſeſsionem tantũmodo annuam in vtroq. caſu; quod nemo concedet.

140 Et ſi verò poſsit contingere, quod ſi differatur poſſeſsio ad decem annos poſteriores, moriatur interim Donus, adeòque frui nequeat bonis per ſe, ſed ſolum per ſuos hæredes, tamen hæc poſſeſsio per hęredes, æquiualet omnino quoad pretium poſseſsioni per ſe.

ſe. Hæc porrò æquiualentia ſuadetur, & à poſteriori, & à priori. A poſteriori quidem, quia videmus ſenes non minoris ęſtimare bona ſua, quæ breui ſunt hęredibus relicturi, quàm ſi ipſimet eſsent continuaturi in talium bonorum poſseſsione. Imò ſæpe parentes non curant ipſi frui bonis quæ poſsident, vt diuitias augeant, quibus fruantur filij. A priori verò ſuadetur, quia fuit expediens ità à natura conſtitui: Cũ enim poſteri non poſsint eſſe diuites & fœlices, niſi parentes ſint de eorum diuitijs, ac fœlicitate ſolliciti, debuit natura facere, vt ęque nobis eſsent æſtimabilia bona à poſteris poſſidenda, ac ſi nos ipſi eſsemus talia bona poſseſsuri.

141 Colligitur ex dictis nō poſſe mutuo ſine iniuſtitia apponi pactum aliquod pretio æſtimabile. Eò enim ipsò acciperetur plus, cum obligatio differendæ repetitionis ex dictis nō ſit pretio æſtimabilis. Quod ſi pactum non ſit pretio æſtimabile poteſt apponi: vnde quia obligatio vt mihi vendas tuum frumentum iuſto pretio, non eſt pretio æſtimabilis; ideo poteſt quis mutuari, cum hoc pacto. Ex eadem ratione licet etiam apponere in mutuo pactum, vt mutuatarius in æqualibus circumſtantijs hinc inde commoditatis, indigentiæ, &c. teneatur dare mutuam æqualem ſummam. Ratio eſt, quia talis obligatio ità determinata non affert maius grauamen,

quam

quam eius executio; ſed eius executio non affert grauamen pretio æſtimabile: alioquin liceret accipere pro mutuo aliquod pretium; ergò illa obligatio non eſt aliquid pretio æſtimabile.

144 Colligitur ſecundò, vſuram non committi niſi in rebus, quæ vnico vſu conſumuntur, in quibus regulariter ſolet cadere translatio dominij cum obligatione reddendi ſimile; ità poſſet aliquis locare gemmas, & aliquid pro vſu illarum accipere. Ratio diſcriminis eſt; quia res quæ vnico vſu conſumitur, non eſt vtilis niſi ſemel, nempè quando cōſumitur; nec eſt aliquid pretio æſtimabile quod iſta vtilitas percipiatur potius vno tempore quam alio:

at ea, quę vnico vſu proprio nō conſumuntur, vt gemmæ, ſunt actu vtiles ad delectationem, & honorem toto tempore, quo poſſidentur, & ideò non ſolent mutuo dari, ſed commodari. Quod ſi eueniret aliquem indigere pecunia ad oſtentationē, & ad hunc vſum ei pecunia commodaretur reſeruato dominio, cenſemus cum ſententia ſatis communi, poſſe pro iſto vſu accipi aliquid pretij. Quod tamen eſt cautè intelligendū. Nam bonum alterius ſine meo incōmodo non eſt aliquid pretio vendibile quando tale bonum non proueuit ex natura rei, ſed ex peculiaribus circumſtantijs perſonæ: Sed tale eſt bonum, quod aduenit illi commodatario pecuniæ; ergo pretium

tium niſi minimum, & æquans meum incommodum, eſt iniuſtum, licèt non ſit vſurarium, nec ſubiaceat pęnis vſuræ, quia de eſſentia vſuræ eſt mutuum.

145 Secunda ratio ad probandam malitiam vſuræ, eſt Ariſtotelis in politicis, ex eo, quia natura voluit, illas tātum acquirendi ſpecies eſſe licitas, quę exercentur in vtilitatem generis humani, & ſine damno alterius. Huiuſmodi ſunt genera acquirendi ex fructibus terræ per agriculturam: ex fructibus animalium per paſtoritiam: ex translatione merciū, quæ alicubi abundant, alibi deſunt, à locis, in quibus ſuperfluunt, ad loca, in quibus deficiunt, per mercaturam: ex rebus vtilibus non ad victum, &

vesti-

reſtitum, ſed ad alios fines, per artes cædendi ſiluas, & effodiendi metalla. Sed ars fęneratitia ſeu vſuraria eſt ars acquirendi ex damno alterius, ſine vlla vtilitate generis humani; ergò debuit eſſe illicita, vtpotè quæ non acquirit à natura, ſed ab hominibus, & diteſcit per alienam paupertatem. Quę ratio eſt profectò pulcherrima, & validiſsima.

146 Montes pietatis, licet ab aliquibus reputati fuerint illiciti, & vſurarij, tamen approbati ſunt à Concilio Lateranenſi ſub Leone Decimo, & laudati à Concilio Tridentino. Adſtipularur etiam ratio. In montibus cnim pietatis id quod exigitur ſupra ſortem; nō exigitur ad ditandum mu-

tuan-

tuantem ,ſed ad ſoluendas neceſſarias impenſas pro cuſtodia pignorũ, quæ requirit domum, cuſtodes idoneæ fidei & experientiæ , alioſq. miniſtros. Nec obſtat,quod aliquę ex huiuſmodi impenſis non ſint neceſſariæ pro hoc numero mutuatario deponente pignus tale, quod nullum exigat laborẽ pro cuſtodia : Nam ſatis eſt ſi ſint neceſſariæ pro toto opere vniuerſim , quod opus vergit etiam in bonum huius numerò mutuatarij . Non tamen licet plus exigere, quam verè ad huiuſmodi expenſas ſit neceſſarium, ne ex fine quidem ditandi montem in ſubuentionẽ aliorum pauperum ; ſicut non licet accipere vſuras ad finem eleemoſinas elargiendi .

Cen-

147 Cenſus etiam, & loca montium non ſunt ex genere ſuo illicita. Eſt autem cenſus *ius exigendi annuam præſtationem ex re, vel perſona alterius.* Ideò diuiditur in perſonalem, & realem. Perſonalis nō licèt ſaltem perpetuus; tum quia prohibetur à Pio V. tum quia videtur habere rationem vſuræ: exigit enim reditus perpetuos, & certos pro pecunia. Cēſus realis *eſt emptio fructus, vel partis illius*, & vt ſit perpetuus, debet eſſe ſuper re immobili ac perpetua. Alius eſt irredimibilis, hoc eſt talis, quem redimere non ſit in poteſtate venditoris: alius redimibilis, qualis nūc eſt in vſu: imò probabile eſt hunc ſolum eſſe permiſsū poſt conſtitutionē Pij V.

Loca

148 Loca montium eriguntur à Baronibus ſuper ſuis fundis auctoritate Principis, & diſtribuuntur inter varios emptores, quorum ſinguli emunt ius percipiendi quatuor, vel quinque annua, &c. pro centũ quæ ab initio ſoluunt. In cenſibus, & locis montium, nullum interuenit mutuum, vt patet. Et quoniam fiunt cum hac cõditione, vt vẽditori liceat quãdocunque redimere ſuum fundum à tali onere, & ex alia parte emptor nunquam poſsit repetere ſuam pecuniam (alioquin eſſet mutuum palliatum, adeòq. vſurarium) ideò vilius venditur tale ius, quam alioquin venderetur. Loca montium minus reddere ſolent, quam cenſus, propter ma-

ioren ſecuritatem.

149 Neque hic contractus cenſuum, & locorum montium damnandus eſt eo quod emptor percipiat tractu temporis fructus ſupra ſortem: nam hoc idem probaret non poſse cum pecunia iuſte commutari fundum fructiferum, cum emptor fundi percipiat ex fundo fructus ſupra ſortem.

150 Ratio vero cur id liceat eſt illa ipſa, quam indidicauimus agentes de vſura, ſcilicet dominia rerum ex conditione humanarum viciſſitudinum non eſse perpetua. Cum ergo ſubiaceant multis periculis, & moraliter certum ſit ea infra aliquem determinatum temporis ambitum eſ-

ſe deſitura, videtur expediens & æqualis commutatio eiuſmodi dominiorum cum aliquo certo numero præſenti illorum redituum, qui ex eiuſmodi dominijs annuatim perciperentur. Et niſi hoc liceret, præcideretur ferè pauperioribus, & induſtrijs hominibus ſpes aſsurgēdi ad maiorē opulentiam ex diligentia, parſimonia, ac labore; Atque ex alia parte diuites vix timere poſſent perpetuam ſuæ familiæ declinationem ex luxu, atque incuria. Quocirca & fouerentur vitia humanum genus depauperantia, & tepeſcerent illæ virtutes ex quibus idem, opulentatur. Regula verò vniuerſaliſsima eſt in dignoſcendis licitis ab illicitis: *Salus po-*

*puli ſuprema lex eſto.*

151 Item contractus cenſus non eſt iniuſtus ex eo, quod cenſus plus reddat, quam reddere ſoleant fundi. Poteſt enim plus reddere; primò quia venditori ſeruatur arbitrium redimendi illud ius quandocunque ſibi placuerit: Secundò, quia licet videatur tutius, & expeditius, habere tale ius, quam emere dominium integrum fundi, qui ſæpè mendax eſt in fructu, & non ſine cura, & labore excolitur; tamen magna vtilitas, & delectatio eſt, poſſe habitare, ſerere, ædificare in ſuo: Tertiò, quia experimento conſtat, nil tandem tutius, quam detinere & poſsidere non tam iura rerum, & fundorum, quam res ipſas

ipſas, & fundos. Cœtera enim omnia faciliùs amittuntur, vel ſaltem in controuerſiam reuocantur.

152 Cenſus, cum ſit emptio, exigit pecuniam, eamque ex conſtitutione Pij V. præſentem, & numeratam. Cœterùm de iure naturæ, & præſcindendo à lege poſitiua nō apparet, cur non potuiſſet fieri permutatio eiuſmodi iuris in merces, aut in aliud quippiam pretio æſtimabile. Rurſus ex eadem Conſtitutione nō licet aſſignare pro fundo cēſus omnia planè bona venditoris præſentia, & futura, ſed aliquem fundum determinatum, vt eo pereunte pereat etiam ius emptoris. Si tamē fundus pereat pro parte, aut deterior fiat, adhuc remanet

manet integrum ius cenſus, dummodo remaneat fundus talis, ex quo poſsit colligi tantum reditus, quantum fuit emptum à Domino cenſus, ſecundum opinionem, quam ſequitur Rota Romana, licèt contrarium quoque videatur probabile. Veruntamen hæc etiam conditio de certitudine fundi, quamuis valdè æqua, non eſt de iure naturæ.

CA-

# LIBER QVINTVS

## De Incarnatione Diuini Verbi.

### CAPVT I.

*An Incarnatio fuerit Deo ſimpliciter neceſſaria; vbi de libertate phyſica Dei in ordine ad omnia obiecta: vnde hæc oriatur, & an detur ex parte obiecti aliquid cognoſcibile, ſed Deo impoſſibile.*

1 NEGAMVS Incarnationẽ, aut vllã planè creaturam eſſe Deo ſimpliciter neceſſariã. Quod vt melius probetur ex-

pedit quædam ſtatuere generatim de diuina libertate. Ergo aſſerimus in genere, Deū eſſe indifferentē tū ad volendam, vel nolendam creationē rerū, tum etiam ſuppoſita creatione vniuerſi ad volenda, vel nolenda creata obiecta phyſicè meliora. Rationē deſumimus ex infinitate bonitatis hoc eſt perfectionis diuinæ. Sine hac infinita perfectione nihil Deus poſſet creare, quoniam non haberet totam perfectionem, quæ reſultaret in effectu & inſuper haberet perfectionem minorē illà, quę reſultaret in complexo ex ſe, & ex effectu. quod pariter complexum eſt aliquid effectum, cum ſit aliquid nouū, & contingens diſtinctum (licèt non contradiſtinctum) à parte

pure

pure creata. Videmus autem, vt indicatum eſt in libro *de actibus humanis*, artificibus imputari non ſolum illam entitatē, quam de nouo adæquatè producunt, hoc eſt meram vbicationem, ſed totam pulchritudinem, quæ reſultat ex illa, & ex rebus præexiſtentibus. Repugnat verò aliquid perfectionis, & plus perfectionis eſſe in effectu, quam in cauſa adæquata. Et ideo eadem ratio, quæ oſtendit, primam cauſam non poſſe perficere ſe ipſam, oſtendit etiam, non poſſe ab ea produci vllam perfectionem, quæ cũ ipſa faciat aliquid perfectius totũ, quam ſit ipſa ſola; ac proinde oſtēdit Deũ habere perfectionē infinitam. Infiniti enim eſt nõ poſſe augeri per vl-

lũ additamentũ, vt demõſtratum eſt in materia *de charitate*.

2 Hinc eſt ex eodem capite prouenire in Deo potentiam creandi, ac potentiam non creandi, & proinde libertatem. Ideò enim Deus poteſt creare, quia habet in ſe totam perfectionem creaturæ, nec per eius poſitionem facit aliquid melius. Sed propter hoc ipſum poteſt nõ creare tantũdem enim boni habebit nihil creando, Idcirco, licèt ſit neceſſitatus ad volendum ſibi ſummum bonum, & ſummam fœlicitatem, videt tamen cum hoc non eſſe magis connexam creationem, quàm non creationem.

3 Pertinet quoque ad perfectionem diuinam tanquam infinitam, & omnipotentem non

non poſſe lædi, vel imminui ab vllo obiecto. Quocirca omne obiectum intelligibile eſt poſſibile, quia nullum obiectum eſt intelligibile, quod remaneat impoſſibile ex defectu potentiæ diuinæ: & ex alia parte nullum obiectũ excluditur neceſſariò à diuina voluntate, quippeq. nihil neceſſariò vult, niſi fœlicitatẽ Dei, cui, vt diximus, nullum obiectũ repugnat; omne ergò obiectum continetur intra ſphærã, & diuinæ potentiæ, & diuinæ volibilitatis; atque adeò eſt poſſibile.

4 Solum id quod inuoluit contradictionem, ſi eſſet obiectum, ſequeretur repugnare diuinæ fœlicitati, ac proinde eſſe impoſsibile non tantum impoſſibilitate extrinſeca Deo, ſed

ſed ex principijs intrinſecis i-
ſius Dei. Probatur ſi enim da-
retur Petrus, & negatio Pe-
ex. g. ſequeretur in Deo erro
& triſtitia, atque adeò infeli-
tas. Error quidē quia Deus a-
firmaret exiſtentiā Petri, cu
tamen ea exiſtentia non eſſe
quod eſt formaliſſimè errare:
probatur ſequela: nam *non eſſe*
*Petrum* nihil aliud eſt, quam
*eſſe negationem Petri*, quæ vtiq;
tunc eſſet. Nequè reſpondeas;
*non eſſet negatio, ſola*; nam cō-
tra eſt quia ly *ſola* nihil addit
ſupra negationē vtcumq; nega-
tio enim *ſola* eſt *negatio, & non*
*Petrus*: ſed hoc totū dicit forma-
liſſimè ex ſuo cōceptu *negatio*
*Petri* vtcūq; ergò hoc ipſo quod
eſſet *negatio Petri* eſſet *ſola*. Neq;
item reſpondeas, id verificari
de

de negatione Petri quæ eſt nunc,ſed non de illa,quæ eſset tunc : nam contra eſt quia cōtradictoriè opponūtur *negatio Petri, quæ eſt nunc*, & *Petrus qui poteſt eſſe nunc.* & non alia duo obiecta diſtincta ab iſtis; ergò quādo ſupponimus quod darentur duo contradictoria, loquimur de iſtis, & non de alijs. Præterquamquod quæcumque eſſent, dummodo inter ſe contradictoriè repugnarent, rccurreret de illis idem argumentum. Item ſequeretur,vt diximus ſi darentur cōtradictoria,Deum triſtari quia ponendo Petrum vellet efficaciter Petrum, & tamen Petrus non exiſteret, hoc eſt verificaretur negatio illius, quod eſt idem formaliſſimè, ac *eum non*

*exiſtere*: vnuſquiſq. autem triſtatur quando videt non eſſe id quod ipſe efficaciter vult,

5 Igitur cum nullum obiectum poſſit eſſe impoſsibile ex principijs intrinſecis Dei, & tanquam aduerſum diuinæ fęlicitati, aſſerimus quod duo contradictoria non ſunt obiectum nec poſsunt concipi obiectiuè ab intellectu, vt aduertit S. Thomas p. parte quæſt. 25 art. 3. in corp. vbi ità explicat effatum illud Angeli *nō eſt impoſsibile apud* Deum *omne verbum*, quia ſcilicet *verbum* non eſt niſi id quod poteſt concipi; contradictoria verò non poſſunt concipi ab intellectu.

6 Quæ doctrina vera eſt; nam quando nominamus aut cōcipimus cōtradictoria, nil intel-

telligimus ex parte rei cognitæ niſi obiecta realia incompoſsibilia, ſed neceſſaria diſiunctiue: tũc verò dicimur affirmare duo contradictoria implicitè (nã expliciteid fieri nequit) quãdo per modũ tendendi cõpoſitiuũ prędicamus vniuerſim *duo coexiſtẽtia poſſibilia*) de duobus cõtradictorijs: toties verò vniuerſim dicimur aſserere aliquid impoſſibile quoties elicimus cognitionẽ inuerificabilẽ, quæ cognitio inuerificabilis eſt, quoties vel affirmamus vnũ de alio, quæ ſint eſsẽtialiter diſtincta, vel negamus vnũ conceptũ de alio, cõceptu qui ſint eſsẽtialiter identificati.

7 Rurſus tunc dicimur contradictoria, aut generatim impoſsibilia non affirmare,

ſed apprehendere, quādo hæc apprehendimus per eum modum tendendi comparatiuum qui prærequiritur ad componendum, vel diuidendum per actum iudicij: quem modum apprehendendi indicat S. Th. 1. p. q. 16. art. 2. Item cognitio inuerificabilis etiam eſt, quādo negatur entitas neceſſaria, cuiuſmodi eſt ſola entitas Dei, circa quam ſolam proinde quamuis ſub varijs prædicatis cum ea identificatis apprehēſam per modū tendendi ſimplicē, & ſine cōpoſitione, & diuiſione poteſt exerceri iudiciū inuerificabile. Cæterum ex parte obiecti nihil concipitur diſtinctum ab omni ente reali.

8 Non ſolum id ſuadetur à priori ex probabili ratione, iam

iam dicta, ſed validius probatur à poſteriori: quoniam ſi cõciperetur tale obiectum, vtique nunc de facto verificarentur circa illud duæ propoſitiones contradictoriæ. Aſſumptũ demonſtratur nam ſi concipitur aliquid impoſſibile, vtique concipitur aliquid, de quò verè affirmetur nũc quod eo poſito verum ſit ex parte obiecti quod darentur duo contradictoria: ſed hoc ipſum de facto eſſet etiã ſimul falsũ, nã vt probauimus: hoc ipſo quod verum ſit nunc quod in eo caſu daretur vna pars contradictionis, falſum eſt nũc affirmare, quod daretur alia, ac proinde, quod darentur ambæ. Verum quidem eſt, dari aliqua iudicia inuerificabilia quæ diximus, &

quibus poſitis cogi poſſit intellectus diſiunctiuè per duos ſyllogiſmos in forma ad aſſentiẽdum vtilibet parti contradictionis.

9 Neque dicas, impoſſibile obiectiuum concipi, & eſſe id, non quod includit duo cõtradictoria, ſed quod ſit quędã neceſsitas trahens duo cõdictoria: nam contra eſt: quia hæc ipſa neceſſitas includeret duo prædicata contradictoria formalia; contradictorium enim neceſsitatis eſt potentia ad oppoſitum; ſed hæc neceſſitas includeret potentiam ad oppoſitum, ergo, &c. Probatur minor, nam *potentia ad oppoſitum Petri* ex. g. eſt *potentia ad negationem Petri*. Sed *neceſsitas ad negationem Petri* eſt

*poten-*

*potentia ad negationem Petri*, ergò eſt *potentia ad oppoſitum Petri*. Atque adeò ſi daretur *neceſsitas ad Petrum, & ad negationem Petri*, daretur *neceſitas ad Petrum & potentia ad oppoſitum Petri*, quæ ſunt contradictoria formalia.

10 Nullum ergo obiectum eſt impoſsibile reſpectu Dei. quamuis aliqua ſint, quæ poſſunt permitti, ſed non decerni efficaciter à Deo, cuiuſmodi ſunt peccata. Cuius rei ratio eſt, quia peccata vt *commiſſa* nihil imminuunt fœlicitatem Dei, ideo poteſt Deus permittere vt committantur: at peccata vt à *Deo volita* eam imminuerent reddendo Deum imperfectum ſicut probatum eſt *in libro de actibus humanis*.

Quam

11 Quamuis autem Deus nullam habeat indigentiam in ordine ad augmentum ſuæ felicitatis, ex qua indigentia poſſit moueri ad volendum aliquid diſtinctum à ſe, mouetur tamen ex libera beneuolentia erga creaturas poſsibiles, & capaces alicuius boni proprij. Beneuolentia enim non poteſt exerceri, vt alibi diximus, niſi circa res cognoſcitiuas, & appetitiuas, quæ ſolæ poſſunt eſſe finis *cui*.

12 Ideo probabile eſt, Deũ non potuiſſe creare tantum res inanimes excluſis pro tota ęternitate omnibus rebus cognoſcitiuis; res enim inanimatæ ſunt eſſentialiter pura media volibilia vel ad vtilitatem rerũ cognoſcẽtiũ, vel ad Dei gloriã,

hoc

hoc eſt ad manifeſtationẽ diui-
næ ſapientiæ, potentiæ, & bo-
nitatis, vt colligitur ex S. Th.
1.p. q.20. art.3. ad 3. & q. 63:
art.2. quare non ſunt volibiles
niſi dependenter à decreto in-
tendente per eas alterum, aut
vtrumque ex prædictis bonis.
Ergo cum decreto diuino ex-
cludente pro tota æternitate
creaturas cognoſcitiuas nõ eſt
compoſſibile decretum eſſen-
tialiter requiſitum ad crean-
das res inanimes, Deus enim in
eo caſu non habuiſſet motiuũ
ad eas volendas neq. in ordine
ad fœlicitatem ſui ipſius, neq.
in ordine ad fœlicitatẽ aliarũ
rerum cum qua de facto colli-
gauit libere fœlicitatẽ ſuã per
extaſim amoris exeundo à ſe
ipſo, vt alibi expoſitum eſt.

Po-

13 Potuit etiam nihil creare, quoniam adhoc nullo motiuo indigebat. Si quidem, vt quis maneat in ſua quiete non tam eget motiuo diſtincto ab eo bono, quod haberet exeundo ab ipſa quiete & volendo aliquid ponere de nouo; quam negatione motiui diſtincti neceſsitātis; Deus autē nullo motiuo neceſsitabatur ad creandum, quia nihil aliud neceſſariò vult niſi ſuam infinitam foelicitatem, quam æquè habuiſſet ſine creatione. Et quāuis per creationem obtineat aliquod aliud bonum, hoc eſt bona noſtra, quæ per amorem beneuolentiæ reddit bona ſua, non tamen obtīnet bonum maius quam id quod ſolus haberet; vt dictum eſt, quare

non

non allicitur neceſſario ab hoc additamento, quod eſt *aliud*, ſed non eſt *plus*.

14 Colligi poteſt longè melius, quam ex alijs rationibus, ex prædicta doctrina, cur Deus non operetur imperfectè moraliter licet non eligat ſemper optima ex bonis creatis phyſicis. Id quidem aliqui explicant per infinitatem diuinæ aduertentiæ, & cognitionis, quæ facit vt honeſtas volitionis creſcat infinitè, atq; adeo non ſit augmentabilis ex maiori bonitate obiecti. ſed hæc ratio eſt inſufficiens; nam ſicut mendacium leue ex. g. ſi committeretur cũ infinita aduertentia creſceret infinitè non quidem ſimpliciter, ſed in ratione mendacij leuis, ita electio ob-

obiecti boni facta cum infinita aduertentia non habet bonitatem infinitã ſimpliciter, ſed intra rationẽ talis obiecti. Et propter eamdem cauſam in nobis amor boni infiniti, hoc eſt Dei non eſt infinitè bonus, quia nõ concurrunt infinitè alia pertinentia ad bonitatem volitionis, hoc eſt aduertentia, intenſio, &c. Ad hoc vt ergo aliquid ſit infinitè tale ſimpliciter, debent cõcurrere infinitè omnia ea, ex quibus talis ratio de ſui natura poteſt augeri.

15 Idem alij explicant eo quod actus liber Dei quicumq. ſi eſt Deo adæquatè intrinſecus, identificatur cum infinitis alijs actibus bonis Dei atque ex hac identitate ſumit infinitatem inaugmentabilem

boni-

bonitatis. Sed huic pariter explicationi obſtat ratio prędicta. Si enim ego haberem infinitos actus bonos circa infinita obiecta (loquimur in ſententia concedente infinitum) adhuc non eſſem bonus infinitè ſimpliciter ſicut Deus; quoniam poſſent excogitari alij actus meliores ex obiecto, ex intenſione &c. ergò infinita illa multitudo actuum bonorum non conſtituit infinitam bonitatem ſimpliciter, & inaugmētabilem niſi Deus circa ſingula obiecta eligibilia exerceat ſingulos actus ex ſe quantum fieri poteſt perfectiſſimos.

16 Tertiò dicunt alij, omnes actus Dei eſſe optimos, quia Deus eligit ſemper optima, ſemper enim, inquiunt,

præ-

præfert ſe vt connexum parti, quam eligit illi alteri parti quam relinquit: Deus autem vt connexus cum bono minore, eſt aliquid melius, quam bonum creatum maius. Sed hæc pariter explicatio diſplicet; nã Deus per ſua decreta libera præfert vnam partem illi parti, quam poſſet eligere, & non eligit; Sed per hos authores nil poteſt eligere niſi ſe vt cõnexum cum vna parte; Ergò, quando præfert ex. g. negationem Petri Petro, præfert ſe vt connexum cum negatione, ſibi ipſi vt cõnexo cum Petro, atque adeo non præfert bonum maius bono minori. Quare inde ſequeretur omnia obiecta inter quæ Deus exercet electionem, habere bonitatem æqualem.

Sed

17 Sed ne hoc quidem eſt verum. Etenim ſi hæc connexio cum Deo eſſet conſiderabilis in ordine ad honeſtatem obiecti eligendi, omnis electio etiã reſpectu noſtri eſſet inter bona æqualia; nam quidquid eligimus, connectitur cum Deo, qui propter ſuam infinitatem æquat ſemper omne aliud bonum. Quamuis ergo bonitas operis menſuretur non ſolum ex bonitate illius partis quæ tota ponitur de nouo, ſed etiã ex bonitate cõplexi quod illa pars conſtituit cum partibus præexiſtentibus, tamen quando præexiſtit aliqua pars eminentialis (non enim eſt propriè & formaliter pars ſæpe obſeruat S. Thom.) infinita tunc ad comparanda bona in ordine

ad

ad electionem non habetur ratio illius partis eminentialis, ſed tantũ aliarum partiũ finitarum & bonitatis finitæ maioris, vel minoris inde reſultantis.

18 Vnica ergo via explicãdi quomodo Deus exerceat libertatem ſine imperfectione etiam vbi relinquit obiectum magis bonum phyſicè, eſt quoniam perfectio volitionis moralis habet pro menſura non maiorem, vel minorem bonitatem finitam, ſed primam regulam boni, quę eſt bonitas infinita, & cui dum magis cõformamur, melius operamur. omnia enim alia bona ſunt eſſentialiter illi ſubdita, & ad illam ordinata. Ideo igitur nos melius regulariter operamur eligendo maius bonum creatum,

quia tunc magis cõformamur voluntati diuinæ, quam Deus nobis manifeſtauit & per quã voluit nos ſibi magis placere, ſi meliora eligeremus. Cæterũ ſi Deus præcipiat obiectum, phyſicè minus bonum, hoc ipſo illud moraliter euadit magis bonum, quia eſt conformius primæ regulæ. Sed quæcumq; Deus eligit magis cõformãtur voluntati diuinæ ac proinde primæ regulę honeſtatis quem ea, quæ Deus repudiat: ergo quæcumque Deus eligit, ſunt honeſtiſsima reſpectu Dei.

19 Quod ſi obijcias: ad hoc vt Deus operetur honeſtè, debet prius quam velit obiectũ, cognoſcere illud, eſſe honeſtũ. Reſpõdeo id eſſe verum de honeſtate conditionali, non de abſo-

abſoluta. Sicut enim dum quis practicè enunciat: *facio te dominum huius libri*; ad hoc vt ſit verax nil opus eſt, vt præuideat veritatē abſolutā obiecti enunciati, ſed tātum veritatem conditionatam, hoc eſt obiectum fore verum ſi id ipſe enunciet; ita Deus, qui habet poteſtatem honeſtandi obiecta per ſuam volitionem, non eſt neceſſe ad hoc vt operetur honeſtè, quod præuideat abſolutam eorum honeſtatem antequam illa velit, ſed ſatis eſt quod præuideat, ea eſſe talia, vt futura ſint ſibi honeſta, ſi ea voluerit.

20 Cū enim detur triplex acceptio honeſti ſcilicet vel *dignum honore*, vel *prudenter eligibile*, vel *ipſa electio prudenter facta*; quoad explicationem qui-

quidem vocabulorum prima,
acceptio declaratur per ſecun-
dam, & ſecunda per tertiã, *eſſe
enim obiectũ dignum honore*,
ſonat, *eius honorem eſſe pruden-
ter eligibilem*. Et hoc ſecundũ
ſonat, *electionem talis honoris eſ-
ſe, iuxta regulas prudentiæ*: quã-
tum tamen ad res ipſas tertia,
honeſtas fundatur in ſecunda:
Ideò enim volitio eſt iuxta re-
gulas prudentiæ quia in obie-
cto apporet bonitas, quã pru-
dẽtia dictat eſſe eligibilẽ. Rur-
ſus omne eligibile quatenus eli
gibile, eſt aliquid non exiſtens,
cuius exiſtentia eſt aliquo mo-
do cõſtituta in poteſtate eligẽ-
tis vt bene Ariſtot. 6. Ethicorũ:
Id verò quod non exiſtit, nihil
eſt nec proinde poteſt habere
meritũ, & ius vt eligatur: Debet



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ergo hoc meritū, & ius eſſe in aliquo bono præexiſtēti, in cuius gratiā illud bonū poſſibile debeat eligi. Et hoc bonum præexiſtēs eſt finis *cui*, qui hoc ipſo eſt maximè dignus honore, dum meretur vt in gratiam ipſius alia eligamus.

21 Hic finis *cui* ſi ſit ſupremus, eſt prima regula omnis volitionis honeſtę, atque inhoneſtæ. Id verò vt apertiùs cōſtet aliqua ponenda ſunt circa prædicata, quæ requiruntur in eiuſmodi prima regula. hæc enim debet eſſe primò quidem aliquid bonum; quod patet ex hoc ipſo quòd reddat bona, & honeſta ea, quæ ſibi cōformantur; Secūdo debet eſſe quid neceſſarium: nam ſi eſſet cōtingens, eſſet eligibile; atq. adeo debe-

deberet eligi dependenter ab aliqua alia regula ſuperiori. Tertiò debet eſſe aliquid cognoſcitiuũ & volitiuum tum quia debet eſſe quid optimum vt ſit prima regula voluntatis, quæ habet pro obiecto omne bonũ: patet autẽ lumine naturæ melius eſſe *cognoſcere*, & *velle*, quàm his operationibus carere atq; adeo eas in optimo inesse: tum quia non poteſt primo, & per ſe honorari id quod nihil cognoſcit, aut cui nihil placet, vel diſplicet, ſed caret omni voluntate, cui per honorẽ conformari poſſimus. Quartò debet eſſe quid præſcindens ab omni actu libero etiam ſuo; eſt enim prima regula omnis actus liberi.

22 Hinc patet ſicut *rectũ*

eſt regula ſui, & obliqui; ita *primum honeſtum* eſſe regulam ſui, & inhoneſti. Omne enim malum eſt quid relatiuũ, ſcilicet *alicui malum*, & ideo nulla ſubſtantia eſt mala; quia omnis ſubſtantia eſt quid per ſe, & abſolutum vt argumentantur Patres contra Manichęum. Et hoc ipſo quod ſunt mala illa accidentia, quæ nocent ſubſtantiæ, ſequitur ſubſtantiam eſſe bonam, bonum enim debet eſſe omne id, cui nocere malum eſt. Igitur omne *malum* dicit attributionem ad *bonum*; *primum* autem *bonum* eſt quid abſolutum, quod eſt regula ſui, & *mali*. Idcirco non eſt quærenda alia ratio cur Deus operetur benè, & honeſtè. Sicut enim in omnibus prædicatis

ſiſten-

ſiſtendum eſt in aliquo primo, cui conueniat per ſe eſſe regulam, & menſuram illius prædicati; ita etiam contingit in *bono honeſto*, cuius prima regula eſt ſummum bonum, nẽpe Deus. Vnde autem habeamus, Deum quamuis ſit prima regula honeſti, non poſſe eligere aliqua obiecta, quæ vocantur intrinſecè mala, explicatũ eſt in *libro de actibus humanis.*

23 *Laudabilitas* ſupra honeſtatem addit libertatẽ actus, & proportionem eius ad finem honeſtum, laus enim eſt quoddam præmium quod rependitur actionibus bonis imputabilibus ipſi agenti, atque adeò liberis. Nulla autem actio nobis eſt libera niſi aliquo modo ſit medium in ordine ad no-

ſtrum vltimum finem, quippequē omnibus noſtris volitionibus, vel explicitè vel confusè neceſsariò, & non libere volumus. Ideo Ariſt. dixit, fœlicitatem eſſe honorabilem non laudabilem. Cœterum, poſita libertate actus, quantum creſcit honeſtas tātum creſcit laudabilitas. Ideo Deus eſt infinitè laudabilis pro qualibet volitione libera: agit enim honeſtiſſimè in omnibus.

24 Dices hoc ipſum repugnare laudabilitati: quandoquidem Deus non eſt liber ad illum ſummum gradum honeſtatis, qui neceſſariò inuenitur in omnibus eius electionibus; illa verò differentia, quæ intercedit inter ea, ad quę Deus eſt diſiunctiuè liber, ſicut

non

non addit honeſtatem; ita non videtur fundare poſſe laudibilitatem. Sed reſpondetur, quidquid ſit an voluntas creata ſi neceſsitetur diſiunctiuè ad bona æqualia operetur laudabiliter; certum eſt hoc affirmandũ eſſe in Deo.

25 Oſtenditur id primo à priori patet enim exterminis laudabilitatem eſſe perfectionem ſimpliciter ſimplicẽ agẽtis liberi: non eſſet autem talis ſi includeret potẽtiam ad operationem minus honeſtam, adeoque imperfectam. nam *poſſe habere imperfectionem*, eſt prædicatum, cuius oppoſitum eſt perfectio ſimpliciter ſimplex. Secundo idem oſtenditur ex diſcrimine inter Deum, & creaturas. Nam ſi verum eſt, per

eam neceſſitatem vagam ad æqualia tolli laudabilitatem in creaturis; ideò eſt quia talis operatio quatenus habet tantam bonitatem, eſt imputabilis nõ creaturæ, ſed datori illius neceſsitatis, hoc eſt Deo. At Deus habet à ſe, & nõ ab alio neceſsitatem diſiunctiuam ad operationes honeſtiſsimas. Igitur cum volitio diuina A ſit nõ neceſſaria, ſed libera ac proinde alicui imputabilis, & non alteri, quam Deo, vtique ſecũdum totam ſuam bonitatem eſt imputabilis Deo, eumque reddit infinitè laudabilem.

26 Contra id quod diximus, primam regulam omnis honeſtatis, & inhoneſtatis eſſe Deũ, de quo egimus etiã in *lib. de Actibus humanis*, obijcitur primo.

primo. Ipſa bona, & mala creata per ſe ſunt proſequenda, vel fugienda; hoc enim eſt de intrinſeca ratione *boni*, & *mali*; Ergo ſunt digna proſequutione, vel fuga præciſo omni ordine ad Deum.

27 Vt reſpondeamus, obſeruandum prius eſt *gerundia*, illa *proſequendum, fugiendum*, & cœtera, importare neceſsitatē aliquid *gerendi* non quidē ſimpliciter; nā nihil *gerēdū* eſt ſimpliciter neceſſariū; ſed contingens; importāt ergo *neceſsitatē ad bene eſſe*, de qua neceſſitate ſæpè agunt Ariſtoteles, ac D. Tho. At *bene eſſe* duplex eſt, aliud *ſecundū quid* hoc eſt ſitū in aliquo bono particulari, cuius tamen poſitio; vel negatio impertinenter ſe habeat ad no-

ſtrum vltimum finem, hoc eſt ad noſtrum bonum ſtatū perpetuum: cuiuſmodi particulare bonum eſſet v. g. aliqua voluptas tranſiens nō inhoneſta: Et ea quæ ſunt neceſſaria ad hoc benè eſſe, non vocantur *proſequenda*; vel *fugienda* abſolutè nec digna abſolutè quæ proſequamur, vel fugiamus; ſed tātā ex ſuppoſitione quod velimus nobis optimū ſtatum hic, & nunc. Alterū eſt *benè eſſe ſimpliciter*, hoc eſt fœlicitas permanēs, in ordine ad quam res cōducentes, dicūtur ſimpliciter *bonæ*, & res impedientes, dicūtur ſimpliciter *malæ*, adeòque *dignæ* quà *proſequutione*, quà *fuga*.

28 His poſitis, dicimus nō dari ſine ordine ad Deum vllā

aptitudinē, vel repugnantiam in obiectis in ordine ad vltimum finem hominis vel naturalem, vel ſupernaturalem, quippe qui eſt ſolus Deus, vt in prædicto libro *de actibus humanis* demonſtrauimus, & Theologi communiter ſupponunt. Ergo ſine ordine ad Deum datur quidem in obiectis ea bonitas, vel malitia quæ allicit amorem vel odium vtcumque, ſed non ea quę allicit amorem, vel odium in ordine ad vltimū finem.

29. Hæc autem ſecunda bonitas, vel malitia eſt illa quę abſolutè dicitur *proſequenda*, vel *fugienda*; et quæ facit vt agens rationale electiuū illius ſit *bonum*, vel *malum*, *vitiatum*, vel *virtute præditū*; quippequæ

vocabula ſignificant aptitudinem rei inordine ad ſuum vltimum finem. Atque adeò hæc eſt ea *bonitas*, vel *malitia* quæ vocatur *moralis*, conſtituens *electionem liberam ſecundùm prudentiam*, vel *contra prudentiam*, ad quam prudentiã ſpectat docere media apta ad electionem vltimi finis; & ideò prudentia eſt proxima regula omnium virtutum moralium, quæ ſunt liberæ diſpoſitiones ad *optimum*.

30 Pariter hæc *bonitas*, vel *malitia* obiecti deſumpta per ordinem ad vltimum finem eſt illa quæ reddit liberam electionem ſui *laudabilem*, vel *vituperabilem ſimpliciter*; & non tantùm *ſecundum quid* quomodo omnis perfectio, vel im-

per-

perfectio etiam diſtincta à virtute, & culpa vindicat ſibi aliquod genus laudis, vel vituperationis latioris.

31 Obijci poteſt inſuper: ſuppoſitis omnibus ijs quæ diximus in libro *de actibus humanis cap.* 13. aſſertione 155. vſque ad finem circa obiectũ diuinæ voluntatis prohibentis, colligi honeſtatem, vel inhoneſtatem volitionis eſſe prædicatum aliquod abſolutum, & prius ratione quàm quilibet ordo ad primam regulam, quamuis trahat de conſequenti eiuſmodi ordinem.

32 Reſpondemus tamen, id intelligi de honeſtate, & inhoneſtate radicali, non deformali. Sicut enim homo ex. g. per ſua prædicata abſoluta ha-

bet *eſſe creaturam* non *formaliter*, ſed *radicaliter*, quatenus ea prędicata à nobis ritè cognita determinant nos ad affirmandam in homine dependentiam à cauſa aliqua ſuperiori: ità ſi cognoſceremus benè illa prædicata abſoluta, per quæ actus intrinſecè bonus, vel malus conſtituitur primò in ſua ſpecie, videremus eſſentialem connexionem cum hoc alio prædicato relatiuo, per quod conſtituitur formaliter in eſſe *honeſti*, vel *inhoneſti*, hoc eſt *conformis*, vel *difformis cum voluntate diuina*. Cæterum ſicut homo ſine illo prædicato relatiuo, & conſequente ad ſuam eſſentiam non eſſet *creatura* formaliter, ſed haberet illud eſſe limitatum, quod trahit ratio-

tio-

tionem creaturæ, ita illi actus ſine tali prędicato relatiuo non eſſent honeſti vel inhoneſti formaliter, ſed haberēt illam perfectionem, vel imperfectionem quæ trahat neceſſario id quod nos formaliter explicamus per hæc vocabula *honeſtum*, & *inhoneſtum*.

33 Vrgeri tamē rurſus hic poteſt moleſtiſſima difficultas ſuper obiecto prohibitionis diuinæ, de qua breuiter diximus in prædicto cap. 13. *de actibus humanis* à num. 162. vſque in finem. Quæ difficultas non magis vrget in noſtra ſententia negante cōpletam bonitatem, vel malitiam moralem obiectiuam in quocumque obiecto ſine ordine ad Deum, quàm in alià quacumque ſententia, ſem-

ſemper enim valet circa obiectum legis poſitiuę, in quo certum eſt non dari malitiam, vel bonitatem moralem completam ante ordinem ad præceptum, vel prohibitionem. Cæterum reſpondendo directe ad obiectionem, præter ea quæ ibi expoſuimus aduertendum eſt, in hoc diſtingui obiectum diuini conſilij (prout conſilium includit etiam præceptum latum, & non obligans, de quo infra vbi agetur de obedientia Christi) ab obiecto præcepti, quòd conſilium dicit: *mihi placebis ſi hoc feceris*, præceptum dicit, *mihi diſplicebis niſi hoc feceris*.

34 Rurſus ad merendam complacentiam Dei in obſeruatione conſilij requiritur operari

rari gratia illius; ad merendam verò diſplicentiã Dei in violatione præcepti ſatis eſt eam diſplicentiã cognoſcere, vt oſtendimus in libro de *Iuſtitia*. Quare difficilius vitatur circulus in explicando obiecto conſilij, quàm præcepti, vt conſideranti patebit. Dicimus tamen conſilium explicari ſic poſſe: *Niſi tu eligas* ex. g. *virginitatem, carebis aliquo gradu complacentiæ diuinæ tibi poſſibili hic, & nunc*. Præceptum vero ſic: *Si eligas* ex. g. *homicidium, incurres diſplicentiam diuinam*. Poſità in me hac notitia, ſi impero mihi electionem virginitatis propter hoc ipſum motiuum, quia poſſum eligere virginitatem placendo magis Deo, quàm ſi eam non eligam, di-

dicor eligere eam ex motiuo conſilii adeoque mereri.

## CAPVT II.

*An Deus neceſſitetur moraliter ad Incarnationem, vel ad vllum aliud obiectũ, vbi multa de neceſſitate morali & de maiori inclinatione quam Deus habet ad vnum obiectum quàm ad oppoſitum.*

35 CONſtat ex prędictis, licèt Deus operetur honeſtiſsimè, & laudabiliſſimè, non neceſsitari tamen ad obiecta optima, atque adeo ad Incarnationẽ, ſed liberè fuiſse incarnatũ. Inſuper negamus in Deo moralem quoque neceſsitate quãlibet antecedẽtẽ erga obiecta optima, vel erga ꝙcum-

cumque obiectum cõtingens, quod patet ex ijs, quæ diſputa-uimus in *l. de gratia* ſuper ne-ceſſitate morali. Et quidem ſi res attentè inſpiciatur in nullo genere rerum datur *optimum poſſibile*, ita vt illud idem quod ſit, non poſſit fieri cum aliqua circumſtantia meliore. quare ſi moraliter Deus neceſſitare-tur ad optimũ neceſsitaretur ad chimæram. Neque dicas Deũ neceſsitari ad genus opti-mi v. g. ad creationem in ge-nere. Nam contra, non enim eſt maior ratio cur hæc neceſ-ſitas Dei ſiſtat in aliquo genere v. c. in creatione vt ſic, & non potius deſcendat ad aliquam ſpeciẽ creationis v. g. ad crea-tionem includentem Angelos: & rurſus ad creationem inclu-

den-

dentem Angelos talis generis ſubalterni; & ſic in infinitum ſine vllo termino in quo ſiſteret hæc neceſsitas; Semper enim inter ea, ad quæ tu dicis Deum eſſe vage neceſsitatum, erũt inuenibiles duæ aliæ claſſes, altera rerũ meliorũ, altera deteriorũ, ita vt neceſsitas illa moralis Dei non poſsit ſiſtere tantũ in eo genere vniuerſali, ſed debeat excludere claſsẽ deteriorẽ & reddere neceſſariam claſsẽ meliorẽ, quæ claſsis rurſus erit diuiſibilis in alias duas claſſes inæqualis perfectionis.

36 Præterea ſi Deus neceſſiteretur moraliter ad *optima* etiam ſupernaturalia, ſequetur Philoſofiã naturalem, adeoque humanum diſcurſum à Deo nobis inditum magna ex parte

te fallacē eſſe. Per hunc enim certificamur phyſice de non existentia rerum ſupernaturalium, ac proinde ſumus certi illas eſſe ex natura ſua ſummè improbabiles, & admirabiles; & tamen ſi Deus eſſet moraliter neceſsitatus ad Incarnationem, & ad ponendum ordinem ſupernaturalem, non ſolum hæc ex natura ſua non eſſent improbabilia, & admirabilia, ſed potius eſſet ſummè improbabile, & admirabile, quod non darentur; Perinde ac eſſet improbabile, & admirabile quod taxilli temerè millies iacti ſemper redderent idem punctum, quod eſt improbabiliſsimum, quia eſt moraliter impoſsibile. Concedendum eſt tamē in Deo aliquod

fun-

fundamentum ratione cuius poſsimus probabiliter credere eum eſſe operaturum tali, vel tali modo. Et quidem cum probabilitate aliquando maxima, & ferè excludēte omnem formidinem. Probatur, nam alioquin non haberemus fundamentum credendi, ſaluandum potius eſse religioſum, quam Turcam; cum vtrumque ſit æquè liberum Deo. Item fruſtrà adhiberemus media precum, & meritorum ad aliquid impetrādum, ſi Deus æquè antè ac poſt remaneret planè indifferens ad id concedendum vel negandum. *Præterea* omnis ratiocinatio Sanctorum Patrum qua ex diuina bonitate colligunt, Deum eſse hoc, vel illo modo operaturum vel

vel operatum, corrueret ſi in actu primo proximo Deus eſſet ęquè indifferens ad operandum vtrouis modo. neque daretur aliquid per quod Deus magis inclinaretur ad vnam partē, quam ad aliam. Item cōciderent omnia argumenta quæ deſumuntur ex diuina prouidentia ad ſperandū aliquid à Deo; ſi cum tota prouidentia diuina eſsentiali, & cum cæteris omnibus diſtinctis à decreto executiuo poſset vtrumlibet æquè coniungi.

37 Quin etiam, ſi hoc eſſet, omnis phyſica certitudo planè corrueret; non enim daretur aliquod fundamentum ratione cuius crederemus, Deū non eſse operaturum miraculosè. Id verò fundamentum in

his

his omnibus caſibus dicimus eſse aliquod liberũ decretum Dei de plerumque taliter operando, ita vt ly *plerumque* aliquando importet qualẽcunq; exceſsum, aliquãdo magnum, aliquando maximum: & ſecundum proportionem huius exceſsus quem Deus decreuit, inſerit ipſe Deus noſtris mentibus maiorem, vel minorem probabilitatem de illa parte.

38 Depẽdenter ab huiuſmodi decreto operandi ferè ſemper ſecundum exigentiam cauſarum naturalium, dedit nobis Deus certitudinẽ illam quam vocamus *phyſicam* de futuris effectibus naturalibus. Item dependenter à decreto faciendi plerũque in futurum id quod fecit plerumque tempore

pore præterito habemus certitudinem moralem quod plerique eorum qui bene vixerũt, benè morientur,& è contrario; quoniam vidimus ita plerũq; huc vſque eueniſſe. Multa vero ex his diuinis decretis reuelantur nobis in libris ſcripturæ, qui vocantur *ſapientiales*, quorum effata nõ ſemper, ſed plerumque ſunt vera. & hoc ipſum *plerumq; ita eſſe*, eſt de fide; Alia eiuſmodi decreta nõ reuelantur nobis à Deo immediate ſed ſunt neceſſariò prærequiſita ad hoc vt Deus poſſit nos inclinare ad credendam vniuerſaliter potius vnam partem,quam aliam. Cum enim Deus ex ſe ſit æquè indifferens ad omnia contingentia, vix poſſemus rationabilem habere

probabilitatem potius de vna parte, quam de alia, niſi illa inclinatio quam experimur in actu primo ad credendam potius vnam partem, quā aliam, ſupponeret eſsētialiter aliquid, quo poſito neceſſarium eſſet, vt Deus illam partem plerumque vellet.

38 Obijci poteſt: in pura natura nihil eſſet in nobis eſſentialiter connexum cum aliqua determinata exiſtentia futura, ac proindè videtur non potuiſſe tunc dari in hominibus inclinationē ad credendū ex. g. quod cras ſol orietur eſſentialiter connexam cū decreto Dei volentis ferè ſemper ortum ſolis: alioquin illa noſtra inclinatio eſſet eſſentialiter incompoſſibilis cū deſtructione

ne ſolis, & mundi; perpetua; Reſpondetur tamen etiam in eo caſu eam probabilitatem poſſe explicari modo prędicto: potuiſſet enim Deus facere decretum imperans ſibi actum ex.g. volendi conſeruationem mundi, & perpetuum curſum ſolis in omnibus alijs mundis, poſſibilibus qui continerentur in aliqua certa collectione finita ſub hac conditione *ſi hunc, aut illum ex prędictis mundis creauerit, excepto vno vagè ſumpto ad quem decretum illud conditionale imperatum non extendatur*; & rurſus decernere abſolutè non creare alium mundum, quam vnum ex ea collectione; Poſitis his duobus decretis, & poſita creatione huius mundi quem de

N 2 facto

facto creauit, iam probabiliſſi-
mum ſit hunc mundum con-
ſeruãdũ eſſe in perpetuũ; quia
de omnibus mundis creabili-
bus contentis in illa ampliſſi-
ma collectione excepto vno
Deus ſtatuerat hoc decernere;
Probabiliſſimum autem eſt
hunc mundũ contineri in illis
alijs innumeris,& non eſſe illũ
vnum, quem Deus per talem
actum imperatum exciperet.
Potuit ergo Deus depẽdẽter ab
his decretis inſerere nobis hãc
rationabilẽ probabilitatẽ de fu-
tura cõſeruatione mũdi, cũ qua
tamen probabilitate Deus re-
manebat indifferẽs, vt cõiũge-
ret deſtructionẽ huius mundi.

39 Neque dicas, id eſſe
non tam philoſophari, quam
diuinare; Nos enim non aſſer-
rimus

rimus rem ita planè euenturã in illo caſu, ſed aſſignamus vnum modum ex innumeris quem potuiſſet excogitare diuina ſapientia. Cæterum procul dubio quidquid occurrit noſtro intellectui, occurrit etiã diuino. Quocirca non poteſt nobis obijci id quod obijcitur ſubtilioribus ſcrutatoribus regaliũ conſiliorũ, quod ſcilicet ea comminiſcãtur quę humanis Regibus nũquã in mentẽ venerint. Satis eſt nobis oſtendere in pura natura potuiſſe dari totam illam probabilitatem cum vero fundamẽto, & manente illa definitione Ariſtotelica *probabile eſt, quod plerumqe cõtingit*, abſq;eo quod Deus per hoc neceſsitaretur ad aliquid futurum.

# CAPVT III.

*An Incarnatio fuerit neceſſaria ad hoc vt pro peccato ſatisfieret de rigore Iuſtitię. Vbi multa de Iuſtitia commutatiua & an dentur veræ obligationes in Deo: & de præcepto nũquam ſe occidendi.*

40 CErtum eſt ex varijs Scripturę teſtimonijs dari in Deo Iuſtitiam aliquam ſaltem latè acceptam quam exercet non ſolum erga omnes creaturas tribuendo vnicuique quod illi conuenit, ſed quam exercet nominatim erga creaturas rationales reddendo vnicuique pro bonis operibus mercedem promiſsã.

Cæ-

Cæterũ negamus in Deo ſtri-ctam obligationem Iuſtitiæ commutatiuæ.

41 Quod vt melius con-ſtet, ponimus; Primo Deum non poſſe ad aliquid obligari, quin reddat ſibi impoſſibile oppoſitum; alioquin poſſet facere contra ſuam obligationem. Ponimus ſecundò non omnia decreta, per que Deus reddit ſibi impoſſibile aliquid, eſſe obligationes ad id nō faciendum. Alioquin Deus æquè diceretur ſe obligaſſe ad non facienda omnia ea, quæ re ipſa non faciet, nam circa hæc omnia habuit ab ęterno decretum negatiuum. Ponimus tertio; de eſſentia obligationis verę, & nō tantum putatiuę ad aliquid eſſę, vt qui ſe obligat, intelli-

gatur potens facere oppoſitum ſub aliqua conditione poſſibili in ſenſu compoſito cum toto eo quod ita exiſtit in priori ſigno ad talem obligationem, vt non habeat neceſſariam connexionem cum eiuſmodi obligatione. Obligatio enim eſt inſtituta, vt medium adimpediendũ id, quod alioquin hic, & nunc intelligitur poſſibile fieri ab obligato, ac proinde ligat aliquam poteſtatem phyſicam illius. Quocirca inutilis eſſet obligatio, ſi ea poteſtas phyſica intelligeretur iam excluſa in priori ſigno ad obligationèm, & ſine reſpectu neceſſario ad ipſam obligationem.

42 Diximus *ſine reſpectu neceſſario*, nec enim repugnat ali-

aliquẽ in priori ſigno ad obligationem intelligi determinatum ad actionem illam, ſed ponendam dependenter ab obligatione: eo modo quo S. Thomas ait orationem Chriſti pro reſurrectione Lazari non fuiſſe ſuperfluam, quia licèt Chrictus præuideret Lazarum eſſe reſurrecturum, præuidebat tamen idipſum euenturum dependenter à ſua oratione, tanquam à medio. Sic ergo poſſet quis in priori natura ad obligationem ſuam certificari de re futura ad quam obligatur, ſed prout ponendà dependenter à ſua obligatione.

43 His poſitis de obligatione in genere: tunc Deus dicitur obligari ex aliqua virtute, quando ponit aliquid præ-

uium, cum quo ſi non connecteret deinde aliquā actionem, poſſemus ritè inferre Deum eſſe imperfectum vt pote carentem aliqua perfectione ſimpliciter ſimplici, quæ ſpectat ad illam virtutem. Ita promiſſio Dei dicitur Deum obligare ex fidelitate ad faciendā rem promiſſam, quia niſi eam faceret, ritè colligeremus promiſſionem Dei non eſſe motiuum dignū ſumma fiducia; Quæ dignitas eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, Vnuſquiſq; enim vellet potius eā habere quā nō habere. Et ideo obligatio fidelitatis, ſicut etiam veracitatis eſt primario inſtituta in bonū obligati, & non in bonum obligatarij vt demonſtrauimus in *l. de Iuſt. & iure*.

Hinc

43 Hinc inferimus, Deũ non habere ſtrictam obligationem iuſtitiæ commutatiuę. Hęc enim obligatio in hoc differt ab obligatione fidelitatis, quod tribuat alteri ius & actionẽ cõtra obligatũ, & eximat à debito gratiarum actionis pro adimplemento illum in cuius bonum promiſsio impletur. Et porrò inter creaturas bonum eſt poſſe ſuſcipere hanc obligationem, multi enim nollent contrahere cum Petro, ſi nunquam acquirerent actionem aduerſus Petrũ, & ſi tenerentur illi agere gratias pro obſeruatione contractus, quare niſi Petrus poſſet ſuſcipere talem obligationem ſæpè non inueniret, cum quo contraheret, ſed quantum ad priorem partem, hoc eſt ad actionẽ ciuilem

nemo curaret acquirere hanc actionẽ, ſi promiſsio Petri neceſssitaret phyſicè Petrum ad obſeruantiam; actio enim illa eſt quoddam medium, vt res promiſſa impleatur, ſi promiſſor repugnet. Ideo nemo curaret acquirere hac actionem aduerſus Deum, vtpote qui non poteſt deficere promiſsis. Item quantum ad debitum gratiarũ (præter alia quę omitto) nemo reſpuit ſe debere gratias Deo: Ergo nemo libẽtius cõtraheret cũ Deo ſi Deus obligareter ex ſtricta iuſtitia ac ſi obligetur tantũ ex fidelitate; ergo nulla erit perfectio Dei, ſi poſsit obligari ex iuſtitia ſtrictè ſumpta, quæ perfectio deficiat ſi poſsit obligari tantum ex fidelitate.

45 Hæc ergo obligatio ſtri-

ſtricta iuſtitiæ eſſet in Deo planè inutilis; Et ex alia parte diceret aliquã imperfectionem. iuſtitia enim commutatiua in hoc differt ab alijs virtutibus ad alterum, vt in loco demonſtrauimus, quod hæc ſola habet pro menſura operandi alienam volũtatem intendentem bonum aut placitum propriũ. Et ideo hęc obligatio repugnat perfecto dominio, quale eſt in Deo; qui omnia operatur propter ſemetipſum & non habet aliam regulam, quàm ſuam, bonitatem, & voluntatem.

46 Neque placet diſtinctio, quã aliqui adhibent quod Deus non poſsit quidem dare ius alteri aduerſum ſe, poſsit tamen cedere iuri, quod habebat aduersùs alterum adeoq;

red-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reddere ſibi aliquā actionem iniuſtam ex defectu iuris, quæ antea fuiſſet illi iuſta, nam vt in *lib. de Iuſtitia* probauimus, vnuſquiſque poteſt facere ſine iniuſtitia quācunq; actionem niſi alter habeat ius impeditiuum talis actionis: Verum quidem eſt Deum non poſſe punire poſt remiſsum crimen vt poterat antea. Hoc tamen non prouenit ex defectu alicuius iuris, ſed ex eo quod Deus non poteſt ſignificare aliquid falſum. Iudex enim per punitionem ſignificat, *quod punitus commiſit aliquod crimen, ratione cuius ſit prudenter volibile authoritate publica vt ei tale malum inferatur ex eo quod talis mali executio, vel cōminatio præcedens, ſit vel fuerit*

*vti-*

*vtilis ex natura ſuà ad arcendum punitum, vel alios à delictis.* Hoc enim ſignificat magiſtratus, dum pronunciat, malefactorem eſse tali pæna puniendum. Sed Deus non poteſt ſignificeare hoc (quippe quod eſt ſalſum) poſtquam crimen remiſit: ergo ex iſto capite non poteſt tunc punire. An vero poſsit cruciare innocentem eſt alia quæſtio, quæ non ſpectat ad hunc locum.

46 Non tamen requiritur ad illud ius quod vocatur *iuſtitiæ commutatiuæ* eos omnes inter quos hęc iuſtitia intercedit, habere æqualē æſtimationē rerū ſuper quibus hæc iuſtitia fundatur, vt aliqui recētiores aſſerunt inde colligentes inter Deum, & homines inter-

cede-

cedere iuſtitiam diſtributiuam ſed non commutatiuā. Nam quidquid ſit an hæc æqualitas æſtimationis requiratur ad illum actum iuſtitiæ commutatiuæ qui dicitur *commutatio*, & à quò tanquam à frequentiori, ea ſibi nomen aſciuit; certum tamē eſt nec omnem, nec primarium actum illius iuris quod fundat hanc iuſtitiam, eſse comutationem. In commutatione enim permutatur ius cum iure, ergo obiectū illius iuris, quod permutatur, debet eſse aliquid diſtinctum, & antecedens ad ipſam notionem cōmutationis, quare etiam ſi omnes commutationes eſsent impoſsibiles, & interdictæ, ſicuti ſunt in multis materijs, adhuc daretur ius

iuſtitiæ commutatiuè, ratione cuius illicitum eſset contrectare rem alienam inuito domino.

48 Rurſus falſum eſt id quòd ijdem affirmant, poſse Deum obligari ex aliqua iuſtitia, quoniam licet dominium plenum eiuſdem rei quando illud eſt eiuſdem rationis, non poſsit eſse in duobus & idcirco duæ creaturæ non poſsint habere dominium plenum eiuſdem rei, vt demonſtrauimus in *lib.de iuſtitia*, ſecus tamen ſit de dominio quod habet creatura ſi comparetur cum dominio quod habet Deus, quia, inquiunt, illud primum eſt *dominium vtilitatis* ideſt ordinatum ad promouendam felicitatem Domini; hoc verò ſe-

ſecundum eſt *dominium excellentiæ*, ordinatum non ad percipiendam, ſed ad dandam, alteri vtilitatem ex re, quæ habetur in dominio, & ideo dominium illud quamuis pleniſſimum nō repugnat cum iſto, Hęc inquam doctrina non ſatisfacit primo, quoniam, Patres, & Theologi loquuti ſunt de dominio Dei, non tanquam de dominio aliquo ęquiuoco, ſed de dominio cui propriiſſimè applicetur hoc vocabulum ac proinde putarunt, hoc nomen non eſse duplicis ſignificationis, ſed in eodem ſenſu conuenire nobis, & Deo. Atq; idcirco S. Thomas 2. 2. q. 103. art. 4. in cor. ait dominium ſolius Dei eſse plenum & adęquatum; quę doctrina eſset

falſa

falſa ſi tam Deus, quam creatura haberēt dominium adæquatum diuerſæ rationis.

48 Secundo quia licet finis dominij in Deo, & in creatura ſit diuerſus; ſicut etiam diuerſus eſt finis potentię phyſicæ in vtroque, eſſentia tamen vtriuſque dominij eſt eadem ſita in hoc quod poſſit pro voluntate Domini reddi illicitus vſus phyſicus talis rei cuicunque alteri perſonæ. Quare hoc ipſo quod creatura haberet ius aliquod aduerſus Deum, non eſſet Deus adæquatè Dominus vel ſuæ potentiæ, vel alicuius rei particularis, ſed teneretur ſequi tanquam regulam in operando voluntatem creaturæ. Imo non poſſet remanere in Deo plenum ne illud quidem

dem *dominium excellentiæ*, quod eiuſmodi authores dicũt eſſe proprium ipſius; nec enim poſſet dare vtilitatem cuicumque perſonæ ex re cuipiam à ſe obligata, inuito domino talis iuris, ſicut antea potuiſſet. Hinc excludimus à Deo non ſolum obligationem Iuſtitiæ cõmutatiuæ, ſed etiam diſtributiuæ. Nam quęcunque obligatio Iuſtitiæ fundatur in aliqua obligatione iuſtitiæ commutatiuæ vel erga eãdem perſonã, vel erga aliam, vt oſtendimus in prædicto *libro de iuſtitia*.

50 Negamus inſuper dari in Deo aliam obligationem cuiuſcũque virtutis, quã *in ratione ſigni*, omnis enim obligatio ligat obligatũ in aliquo in-

ſtanti ad hoc vt teneatur velle hic & nunc id quod in eo ſigno, in quo datut obligatio adhuc ipſe, non intelligitur velle; ſi enim obligatio eſſet talis, vt eſſentialiter inuolueret meum beneplacitum de re ad quam obligor exiſtens pro eo inſtanti, pro quo ogligor, vtique relinqueret me ſolutum vt antea; hoc eſt potentem facere id quod mihi placet & non aliud, adeòque non haberet conceptum obligationis, qui eſt, limitare mihi poteſtatem honeſtè volendi, id quod adhuc non intelligor velle, aut nolle, huiuſmodi autem eſt omnis obligatio diuina quippe quæ eſſentialiter eſt connexa in eodem ſigno cum decreto Dei ſaltem per modum intentionis

tionis, deponenda illa re ad quam ipſe obligatur, nō poteſt enim velle obligari quin eadem volitione velit omnia, quæ videt eſſentialiter connexa cum obligatione, cuiuſmodi eſt executio ipſius ſuę infallibilis obligationis. Neq; mouetur ad volendum in vno iſtanti à voluntate ſua elicita in inſtanti priori, ſicut mouetur creatura, ſed elicit omnes ſuas volitiones in tota ſua indiuiſibili æternitate. Voluntas ergo promittēdi nullo modo ligat Deum magis, quam liget me in ſeſſione voluntas ſedendi, quam ego habeo.

50 Dixi tamen Deum obligari *in ratione ſigni*, ſicut enim dicitur Deus velle *in rationa ſigni* ea, quæ præcipit nobis

bis inobedientibus, non quia ea ſimpliciter velit, quandoquidem eius voluntati nemo reſiſtit: ſed quia ita ſe gerit in puniẽdo qui rẽ preceptã nõ facit, ac ſe gerunt homines, dum aliquid volunt; ita poteſt dici obligari *in ratione ſigni*, quia ponit aliquid exterius ita certificans nos de ſua operatione futura in gratiã noſtrã, ac ſolent certificare mutuę obligationes initę inter creaturas. Cũ hoc tamen diſcrimine vt obligatio creaturarũ ſit cauſa rei promiſſæ per memoriã ipſius obligationis manentem in promiſſore; At in Deo obligatio interna per ſuã exiſtentiam eſt cauſa rei promiſsæ: Eſt enim voluntas per modum intentionis, quę determinat Deum ad

po-

ponenda media, & ad volendam executiuè rem promiſſam.

52 Idcirco Deus habet veram virtutem fidelitatis ſublatis imperfectionibus, cuius honeſtas conſiſtit in hoc *ponere facta conformia verbis antecedenter prolatis in bonum alicuius cum conformitate ad primam regulam*. Ita etiam habet aliquam iuſtitiam commutatiuam latè acceptam, quę intendit hanc honeſtatem: *dare idquod promiſſum eſt ſub conditione alicuius rei à promiſſario faciendę habentis proportionem cum re permiſſa*.

53 Merita ſi quidem habent proportionem cum pręmio, quod Deus rependit, eáq; intrinſecè, & ex propria natura;

ra; ita vt ſi Deus non eſſet do-
minus omnium,& vellet eme-
re eiuſmodi merita, iuſtum
pretium ſolueret ſi rependeret
id quod nunc rependit tan-
quam præmium de condigno,
vt in libro *de Iuſt.* probatum
eſt. Et quamuis inter creaturas
nō ſufficiat hæc æqualitas re-
tributionis ad honeſtatē iuſti-
tiæ, ſed inſuper requiratur ha-
bere pro menſura voluntatem
illius cui retribuitur, id tamen
contingit quoniam vnaquæq;
creatura rationalis in ordine
ad alias creaturas habet do-
minium quarundam actionū
ordinabilium pro ſuo libito ad
ſuam fælicitatem: & ideo ho-
neſtas iuſtitiæ exigit vt reſpe-
ctu eiuſmodi actionum ſequa-
mur non tantum vtilitatem,
O ſed

ſed volūtatem alterius, cui retribuimus. In quo ſenſu Ariſtoteles vocauit *lucrum* quidquid fit ad proprium libitum in re aliena. At nulla creatura eſt regula ſuæ felicitatis, & ſuarum actionum reſpectu Dei, ſub quo onnes ſumus tanquam pupilli ſub tutore: quà propter tota honeſtas, quæ eſt in iuſtitia creaturarū, excellentiori modo inuenitur in ea retributione quam Deus exercet non habendo pro regula voluntatē illius cui retribuit, ſed retribuendo cū alijs bonis ipſam quoq. volūtatem. Cæterùm quod fiat ſine obligatione, non imminuit, ſed auget perfectionem eiuſmodi virtutis: Obligatio enim requiritur ex imperfectione

ſubie-

ſubiecti, & ex eo quod voluntas aliena debeat eſſe regula ipſi operanti, Quomodo autē Deus habeat etiā honeſtatem iuſtitiæ diſtributiuæ expoſitū eſt *in l. de iuſt.*

54 Creatura quidem poſſet obligari ex iuſtitia reſpectu Dei ſi hic præciperet vt dominus proprietatis, quamuis enim creatura ſit ſerua Dei & inter dominum, & ſeruum nō intercedat iuſtitia mutua; poteſt tamen ſeruus inferre domino iniuriam, quæ ſupponit obligationem iuſtitiæ præcedentem: ac proinde poteſt eſſe obligatus domino ex iuſtitia. Neque ad iniuriam requirirur illatio damni, ſed ſufficit violatio voluntatis domini: voluntas autem Dei violari po-

teſt à creatura, quia licet fuiſſet liberum Deo ponere creaturam in alijs circumſtantijs, in quibus videbat eam benè operaturã, nõ tamen fuit liberum Deo obtinere bonã operationem in his circũſtantijs, & ſine maiori gratia, ad quod obtinẽdum Deus habebat ius, & potuit creaturam obligare, Item licèt Deus reſpectu nullius euentus poſſit eſſe ſimpliciter inuitus volũtate *beneplaciti*; eſt tamen inuitus voluntate ſigni, & ea voluntate, qua non poteſt gaudere de mala operatione propter ipſam operationem & gratia ipſius, ſicut gauderet de bona.

55 Et porrò niſi prędictę ſolutiones ſufficerẽt ad ſaluandã virtutem & vitium iuſtitiæ, & in-

iniuſtitiæ in creaturis reſpectu Dei, neq; etiam poſſent ſaluari gratitudo, & ingratitudo, obedientia, & inobedientia, & ſimiles, vt patebit conſideranti. Non tamen poteſt creatura obligari Deo ad reſtitutionem quatènus formaliter reſtitutio eſt. hæc enim nō dicit tantum negationem perſeuerantię in occupatione iniuſtą, ſed dicit actum poſitiuum per quem iniuriam paſſus conſtituatur in eo ſtatu, vel æquali, in quo eſſet ſi non accepiſſet ĩniuriā: Ideo ſeruus vt ſeruus non poteſt reſtituere domino. nàm vel illa actio, per quā reſtituit, eſt in dominio ipſius ſerui, & ſic ſecūdū illā nō cōſideratur vt ſeruus, ſed habet diſtinctionem patrimonij ſaltem

ex liberalitate hæri, qui facit illum dominum talis actionis: vel non habet dominium illius actionis, & ponendo illam nõ reſtituit, quia nihil dàt de ſuo, ſed quod datur domini eſt etiam independenter ab iniuria accepta.

56 Quod ſi dominus talem actionẽ à ſeruo nõ exigat, vel omittit eam exigere inſcius iniuriæ acceptæ, & alioquin exacturus, vel cõſcius: Si conſcius, vtiq; ſeruus non tenetur eam actionẽ ponere; atq; adeo nõ obligatur ex iuſtitia ad hãc reſtitutionem, quæ proinde non habet eſſentiam illius reſtitutionis ad quam ex iuſtitia tenemur; vt pote qui actus ſemper includit debitum: ſi verò dominus omittit, talem

actio-

actionem à ſeruo exigere inſcius iniuriæ ab eo acceptæ,& alioquin exacturus, tenetur eam ſeruus ponere non in ratione reſtitutionis, ſed ne dominus ex eius iniuria patiatur nouũ dãnũ omittens, exigere id quod alioquin exigeret. Ex his cõſtat nõ poſſe exerceri à nobis reſtitutionem erga Deũ, nam Deus eſt dominus omniũ noſtrarum actionũ, nec poteſt vllam partem huius dominij à ſe abdicare. Quare ſi poſt iniuriã nõ exigeret aliã actionem, nõ pateretur nouam iniuriam per hoc quod eam non obtineret: ſicuti patitur is cui non reſtituitur, Et certè impoſſibile eſt nos teneri ad aliquid ex iuſtitia erga Deum, & ſimul Deũ non exigere vt illud

præſtemus: Si autem exigeret, non tàm eſſet reſtitutio, quàm prima ſolutio debiti, Nec dicas, fore reſtitutionem ſi exigeret ex motiuo iniurię prius acceptę. Nàm cõtra eſt, quia, ſi dominus ex motiuo furti ſibi illati à ſeruo iubeat ſeruum fodere in vinea, non idcircò dicitur ſeruus reſtituere per illam foſsionem. Si quidem ad eſſentiam reſtitutionis requiritur aliqua diſtinctio patrimoniorum, & quod actio, per quã fit reſtitutio, ſit ſecũdũ ſe, & pręſcindẽdo ab iniuria illata, in dominio reſtitutoris, vt diximus, quod nõ poteſt cõtingere in creatura reſpectu Dei.

57 Veriſimilius tamen eſt, nũquam Deum de facto præcipere ex iuſtitia, & vt domi-

num

nũ proprietatis. Nam ex vna-
parte poteſt præcipere queçũ-
que vult vt dominus iuriſdi-
ctionis; ex alia parte hic mo-
dus pręcipiendi videtur magis
cõſonus bonitati diuinę. Quo-
niam vt diximus in *lib. de Iuſt.*
in hoc differt vtrumque prę-
ceptum, vt alterum reſpiciat
ex ſuo modo tendendi bonũ
ipſius pręcipientis, alterum-
bonum ſubditi eo modo quo
pater prę cipit in bonum filij.
Videtur autem Deus ſemper
prę cipere nobis in bonum no-
ſtrũ: hoc enim reddit & lau-
dabiliorem ex noſtro modo
concipiendi diuinam guber-
nationem, & nos magis ob-
ſtrictos beneficiẽtię diuinę, &
facit quod Deus ſit tãtò ma-
gis victurus cũ iudicabitur.

58 Neque vt probetur Deũ in aliquo ſaltem caſu præcipere ex dominio proprietatis, valet hæc ratiocinatio: Videtur Deus præcipere vt dominus proprietatis, nequis ſibi mortem inferat, eo quod hoc præceptũ cũ omnimoda vniuerſalitate fũdari nequeat vel in aliqua vtilitate noſtra, vt pote quibus aliquando ſatius eſſet poſſe vitam abrũpere, vel in vtilitate Reipublicæ, tùm quia huic ſæpè inutilis vel noxia eſt quorũdam vita, tũ quia nõ eſt inſeparabile à conditione hominis vt ſit pars Reipublicæ: multi enim vixerũt ſolitariè in ſyluis. Nam contra hanc ratiocinationẽ eſt, quia ſi hoc eſſet, eiuſmodi præceptũ non eſſet naturale, hoc eſt ſe-

cun-

cundũ petitionem, & exigentiam naturæ, ſicuti omnes fatentur eſſe, ſed merè arbitrariũ Deo: Natura enim non peteret eam: vniuerſalitatẽ prohibitionis quæ nobis nõ expediret. Verius ergo eſt hoc præceptũ fundari in alia ratione; quia ſcilicet cũ Deus cõſtituerit terminum vitę pro termino viæ, in quã debemus mereri æternam fælicitatem ſeu ſupernaturalem vt contingit de facto, ſeù merè naturalem vt eueniſſet in pura natura, ſequitur, quòd præcidere vitam adeòque viam non debeat eſſe in poteſtate noſtra ſed Dei, cuius eſt concedere donum perſeuerantiæ, atq; adeo mortem in illis circumſtantijs, in quibus ipſa nobis ſit initium

æternæ felicitatis. Ideo perinde peccant qui mortem ſibi inferunt, ac milites, qui iniuſſu imperatoris militiam deſerũt, Quod ſanè peccatũ non eſſet ſi anima cum corpore interiret: tunc enim prudentis foret abrũpere vitã ærũnoſam ſine ſpe iucundioris ſtatus: nũc verò ſecus eſt, quandoquidem illæ ipſæ ærumnæ ſunt ex *diui*na voluntate à nobis perferendæ, tanquam ſemina perpetuę beatitatis. Petit ergo natura hanc prohibitionem vniuerſalem non tanquam ſibi bonam primò, & per ſe, ſed tanquam neceſſario cõnexam cũ capacitate fęlicitatis perpetuæ; cuius adeptio nõ cõgruit naturæ creatæ niſi cum hac ſumma dependentia à nutu ſupremi

Regis. Et quoniam hęc ratio non eſt per ſe hominibus nota, ideò multi ſuperbi philoſophantes, & aſpernantes inſita naturæ dogmata niſi ratio pateat, putarunt fas eſſe ſibi manus inferre. Natura enim, ſicut etiam cæteri Principes, nõ quoties fert legem iuſtam, toties rationem eiuſmodi legis euulgat.

59 Cum ergo neq; Deus obligari poſſit ex iuſtitia, neq; nos poſsimus ex iuſtitia obligari ad reſtituendũ Deo, conſtat non ideo Incarnationem fuiſſe neceſſariam, vt vel Deus ex iuſtitia teneretur acceptare hanc ſatisfactionem vel vt genus humanum ſatisfaceret pro aliquo debito iuſtitiæ. Cõfirmatur vtraque pars: prima

qui-

quidem, quoniam Deus in pę-
nā peccati originalis in cuius
remedium principaliter venit
Chriſtus, non abſtulit niſi bo-
na gratuita, vt probauimus in
*lib. de gratia* quæ bona ſicut
poterat à principio nō elargiri;
ita poterat elargiri ſub qualibet
conditione voluiſſet, qua cō-
ditione nō adimpleta poterat
ſine iniuſtitia per nullam ſatis
factionem moueri ad ea redo-
nanda. Item confirmatur ſe-
cunda pars; nam peccatū ori-
ginale non fuit nobis ſimpli-
citer voluntariū; nec proinde
nos obligat ad aliquam ſatiſ-
factionem. Omnis enim ſatis-
factio vel eſt reſarcitio iniuriæ,
vel eſt pænitentia, & retracta-
tio offenſæ. At ſine proprio
voluntario nec datur iniuria,
nec

nec talis offenſa quæ ſit retractabilis per pænitentiam: quippe neminem poteſt pænitere actionis quam ipſe vetè non fecit.

## CAPVT IV.

*An Incarnatio fuerit neceſſaria, vt æqualiter ſatisfieret pro peccato: vbi an peccatum habeat malitiam infinitam, & an repugnet creatura infinita perfectio vel ſimpliciter vel in aliquo genere.*

60. SVpponimus, quod probatum eſt in *l. de actibus humanis*, omne peccatum eſſe eſſentialiter offenſam Dei & depẽdere eſſentialiter à cognitione ſaltẽ confu-

ſa diuinæ diſplicentię, ac proinde habere quandam infinitatem quam in eo agnouit S. Thom. ex dignitate perſonæ offenſę. Negamus tamen peccatũ mortale habere malitiã ſimpliciter infinitam. Sicut enim infinitum ſimpliciter eſt quod ſimpliciter nullum habet finem in ſua entitate vltra quem finem poſſit creſcere per aliquod augmentum; ita infinitum in aliquo genere eſt id quod in eo genere non habet finem; nec poteſt augeri. Quocirca, ſicut in *tractatu de charit.* probauimus implicare quantitatem omnem creatam ſimpliciter infinitã, ita nunc aſſerimus implicare infinitum creatum in quolibet genēre rerũ. Probatur nã omne

ne creatũ eſt tale vt per augmentũ alicuius ex eo genere fiat maius, & perfectius in illo genere. Nulla enim creatura diſtinguitur ab alia creatura per puram negationem perfectionis vt alibi vidimus, ergo omnis creatura addita alteri facit aliquid plùs, & melius in eo genere, in quo additur.

61 Et hoc ipſum pertinet ad diuinam omnipotentiam, vt ſemper id quod ponit de nouo, faciat aliquid maius, & pulchrius, quam id, quod produxit antea. Ideo poteſt quidem dari aliquod ens creatũ quod ſit ſupra perfectionem plurium, & plurium entium etiam collectiuè acceptorum finitè in infinitum vt v.g. ſub-

ſtan-

ſtantia ſupra perfectionē accidentinm; homo ſupra perfectionem brutorū, & cetera; ſed hoc non officit limitationi entis finiti, quia adhuc accidens cum ſubſtantia, & brutum cum homine ficiunt aliquod complexum perfectius, & ſic non diſtinguntur ab illis per meram negationem: at ſi daretur ens infinitum in aliquo genere, deberet non habere vllum finem perfectionis in eo genere, & propterea non augeri per quodcunque additamentum ex rebus eiuſdem generis, quod repugnat limitationi creatæ.

62 Neque valet argumētum calculatorium, quòd ſcilicet e. c. quatuor equi ſunt duplò meliores, quàm duo, & octo,

octo, quã quatuor, & ſic deinceps: ergo homo qui eſt melior quacumq; collectione maiori, & maiori equorum, eſt melior duobus equis ſupra omnem proportionem finitam, ac proinde eſt melior infinitè. Mendoſa enim eſt conſecutio; quippè quæ ſupponit exceſſum illum bonitatis eſſe in eodem genere, ſed vbi res ſunt diuerſi generis, non habent cõmunem menſuram homogeneam, & ſic nõ eſt neceſſe, vt talis exceſſus vnius bonitatis reſpectu alterius ſit infinitus; quãdo quidẽ nõ fit per vllas duplicationes. Deus quidem eſt ita diuerſi generis, vt ſit infinitè perfectior creaturis; quia ita continet ſingulas earum perfectiones, vt additio

creaturæ non conſtituat quid melius ſolo Deo.

63 Quod ſi velimus comparare exceſsũ quo B ſuperat A cum alio exceſſu, quo C ſuperat B; quæ tria ſint diuerſi generis, conſulenda erit quædam menſura non quidem homogenea cum rebus menſuratis, ſed tamen vna & eadẽ ſingulis applicabilis. Quæ profectò menſura non poteſt eſſe infinita perfectio Dei cui aliqua magis, aliqua minus aſsimilentur: nam ab hac omnes creaturæ infinitè diſtant, & ſic diſtantia ab illa nõ poteſt eſse menſura maioris, vel minoris exceſſus in perfectione.

64 Igitur ſic philoſophari licet: Menſura perfectionis in omnibus rebus eſt aptitudo ad ſuum

ſuum finem & per hoc Deus eſt infinitè, & ſupra omnē mēſuram perfectus, quia ad nullū finē ordinatur. Sed eſt finis ad quem cūcta ordinātur. Quare vel tres illæ res quæ cōparātur inter ſe sūt incapaces boni proprij, & alicuius fœlicitatis, vt plantæ, metalla &c. vel capaces, vt res cognoſcitiuæ, & rationales. Si incapaces, menſura perfectionis in illis eſt vis cōcurrendi ad fœlicitatē creaturarū rationaliū, & ad gloriam Dei, hoc eſt ad manifeſtationē diuinæ perfectionis: Nā totū genus huiuſmodi rerū ordinatur eſſentialiter vt medium ad bonū rerū rationaliū, & diuinā gloriā, vt ſupra diximus ex S. Th. & quoniā id quod *eſt* ſimpliciter, & quod *agit* ſimpliciter

ter & vt *quod* eſt ſubſtantia, accidens verò eſt & agit vt *quo* ſicut alibi declarabitur; Ideò ex genere ſuo quælibet ſubſtãtia eſt perfectior quolibet accidente, habet enim aliquam perfectionem ſimpliciter, cùm accidens nullam habeat niſi ſecundum quid; hoc eſt tanquam id quo aliud perficitur.

65 Si autem comparemus tres creaturas diuerſi generis, ſed capaces fœlicitatis, pariter menſura deſumēda eſt ex aptitudine ad finem, hoc eſt ad fœlicitatem propriam, ad quam huiuſmodi genus creaturarū eſſentialiter ordinatur. Et quoniam menſura maioris, vel minoris fœlicitatis eſt maius vel minus gaudium ex ea reſultans, ideò vltima

com-

communis menſura perfectionis in eis erit capacitas gaudij. Itaque ſi gaudium, cuius eſt capax C; magis excedat gaudium cuius eſt capax B, quàm hoc excedit illud gaudium cuius eſt capax A, maior erit exuperantia perfectionis C ſupra B quàm B ſupra A, gaudium enim eſt id ad quod omne bonum tandem ordinatur, & eſt tanquàm quies in bono vt loquitur S. Thom.

66 Poteſt obijci: Chriſtum in ſententia S. Thomæ 3. p. q. 10. art. primo in corp. cognoſcere infinita in Verbo, quod ſi cognitio creata poteſt tendere in infinita, videntur recurrere omnia argumenta quæ congeſsimus alibi contra infinitū in quantitate; Sint enim duæ

co-

cognitiones, quarum altera cognoſcat vnam infinitatem hominum, altera aliam, tertia verò cognoſcat quoſcunque homines cognoſcit ſecunda & inſuper Petrum à neutra cognitum; porrò videtur probari tàm ſecūdam, quàm tertiam eſſe æqualem primæ: & tamen ſunt inæquales inter ſe. Vno verbo omnes illæ inſtantiæ, quas ibi attulimus contra infinitū, poterunt aptari huic caſui.

67 Reſpondemus tamen implicare cognitionem creatam quæ cognoſcat infinita directè in ipſis; & ideò S. Th. dicta q. 10. ar. 3. ad primū non concedit Chriſtum cognoſcere infinita niſi *in aliquo vno puta in aliqua creatura, in cuius*

*po-*

*potentia exiſtunt infinita, & principaliter in ipſo verbo:* in quo ſcilicet Verbo Chriſtus comprehendit illam creaturam. hoc poſito non poſſunt dari illæ comparationes trium cognitionum prædictarum. Nam ſi in materia ex.g. cognoſcitur diſtinctè vna forma ſubſtantialis, debent cognoſci omnes infinitæ poſſibiles, vt pote cum quibus materia habet ſimilem connexionem. quare non poterunt dari illæ duæ cognitiones tendentes in infinita ita, vt altera excedat alteram per vnicum indiuiduum ex illa infinitate terminatiuè, & indirectè cognitum. Et tota comparatio earum cognitionum fieri debebit ſecūdùm comparationem obiecto-

rũ directè cognitorũ, quorum alterum erit perfectius altero.

68 Quamuis verò idem S. Doctor exiſtimet Chriſtum cognoſcere etiã omnia futura vt dicto art. 3. in corp., quę tamen non poſſunt cognoſci ex comprehenſione vllius entitatis finitæ vt potè non habentis cum illis neceſſariam connexionem; nihilominus huic difficultati reſponderi poteſt eũ non loqui de cunctis plane futuris; quippe negat ex eò, quod Chriſtus cognoſcat futura ideò ab eo cognoſci infinita eo quod, inquit, *ſtatus generationis, & corruptionis non durat in infinitum. Vnde eſt certus numerus non ſolum eorum, quæ ſunt abſque generatione ſed generabilium, & corruptibilium.* Putauit

ergo fortaſſe S. Thomas non coeſſe neceſſarium, à Chriſto cognoſci ſemper actu diſtinctè omnes eiuſmodi operationes futuras, ſed tantum & entia ſubſtantialia futura, & etiam illa accidentia, quæ vel erunt æterna, vel conferent ad ſtatum æternum.

69 Alia verò futura poſſunt cognoſci à Chriſto ſemper non actu, ſed habitu: non quidem per viſionem beatificam; ſicut aliqui putarunt Chriſtum habitu cognoſcere in verbo quidquid Deus poteſt facere eo quòd *ita cognoſcat verbum, vt quidquid velit cognoſcere, conuertendo ſe ad verbum, eius cognitionem in Verbo accipiat*: id enim refellit S. Doctor q. 20. de ſcientia animæ

Chriſti art. 5. in corp. quoniam *quilibet Beatus quantum ad viſionem beatam, qua videt verbum, & res in verbo, non patitur ſucceſſionem in intelligendo, quia ſecundum Auguſtinum 14. de Trinit. cap. 16. in patria non erunt volubiles cogitationes:* Poteſt tamen Chriſtus ex viſuæ excellentiſſimæ viſionis beatificæ habere ius ad hæc cognoſcenda, quandocunque voluerit per claram reuelationem extra verbum. Et idem dico de infinitis durationibus, ſi hæ diſtinguantur actu, & non tantum potentia inter ſe. Cæterum non poſſe dari vnicam cognitionem aut realem in creaturis, aut virtualem in Deo, quæ tendat in omnia planè futura ſi hæc ſunt infinita

ordinata ſecundum dependē-
tiam, demonſtratum eſt vbi
egimus de infinito *in tractatu
de charitate*.

70 Rurſus obijci poteſt, illas negationes quas ibi nos admiſimus excluſiuas indiuiſibiliter infinitorum bonorum, habere malitiam infinitam; Sed reſpōdetur duplicem conſiderari poſſe malitiam. Altera quidem poſitiuam, ſeu quaſi poſitiuam, quæ ſcilicet eſt fundamentum poſitiui mæroris in ſubiecto ſi ſit cognoſcitiuum, vel in domino illius. Et hæc malitia non tam habet pro menſura bonum quo priuat, quàm debitum habendi tale bonum. Quo circa ſemper hæc malitia eſt finita; quia nulli creaturæ debetur niſi bo-

num finitũ idq; debetur debito finito. Altera malitia eſt negatiua, hoc eſt impeditiua maioris gaudij poſſibilis in ſubiecto, vel in domino illius, vt ſupra. Et hæc pariter eſt ſemper finita, quia ſemper poteſt augeri per vlteriorem, & vlteriorem defectum boni. Quod ſi daretur aliqua negatio quæ indiuiſibiliter excluderet omne ens creatum, hæc vtique non haberet infinitam malitiam ſimpliciter, nõ enim excluderet infinitum bonum, nec tolleret infinitum ens hoc eſt Deum; imò nullam haberet malitiam in ſenſu proprio, ſed ſolum in ſenſu alienãte; nec enim eſſet mala creaturis, quippe quæ nullæ vnquam eſſent, ei verò quod nunquam
eſt,

eſt,nihil eſt malũ;nec eſſet mala ipſi Deo; quippe qui remaneret ęquè fęlix ſicut nunc eſt.

71 Præterea opponi poteſt. merita Chriſti eſſe quid creatũ,et tamen infinitum in genere meriti. Sed reſpondetur merita Chriſti eſſe quid finitum in ſe in ratione bonitatis:ſed eſſe perfectionem non meritorum, ſed ipſius Chriſti vt per illas actiones finitas illi debeatur prœmium ſincategorematicè infinitum. Sicut etiam entitas muſcæ eſt aliquid finitum, & tamen Deus propter illam eſt infinitè laudabilis. quæ infinitudo non eſt muſcæ,ſed Dei.

72 Excluſo ſemel infinito a quolibet genere creaturarũ, excluditur etiã a ratione peccati. Et primo quia nullum

malum poteſt eſſe infinitum. Velenim eſt neceſſariū, vel cōtingens. non quidem neceſſatium quia omne neceſſarium eſt bonum ex Ariſtotele 12. met. cap. 7. neq; etiam contingens. nam omne contingés ideo eſt contingens, & poteſt eſſe, quia eſt liberum alicui cauſæ volitiuæ illud ponere, & non impedire, omnis autem cauſa volitiua reducitur tandem in primum volens, hoc eſt Deum, qui operatur ſapientiſſimè, ac proinde non errat in cognoſcēdis prędicatis obiecti. Non ergo poſſet dari malum infinitum cōtingens quin Deus cognoſceret illud eſſe tale, & quin liberè abſtineret ab eo impediendo. Sed impoſſibile eſt, vt voluntas non efficaciter oderit, ac repudiet ma-

malum infinitum cognitum, vt tale, ſicut etiam impoſſibile eſt quod non amet; & non velit bonum infinitũ cognitum vt tale. tantam enim habet vim *bonum* ad excitandum amorem, quantam habet *malum* ad excitandum odium; ergo malum infinitum contingens eſt impoſſibile. Rurſus peccatum non aufert infinitum bonum ſcilicet Deum. ergo non eſt infinitè malum.

73. Nec dicas à peccato auferri infinitum bonum quãtum eſt ex ſe, dum eripit Deo rationem vltimi finis. Nam ſi hoc valeret etiam amor Dei tum ſupernaturalis, tùm naturalis eſſet infinitè bonus, quandoquidem in eodem ſenſu tribuit Deo quantum eſt ex ſe

omne bonum, quod Deus habet, & ipſam rationem vltimi finis. Cæterum nihil dicitur facere quantum eſt ex ſe effectum abſolutè impoſſibilem fieri: neque affectus ad menſuram talis effectus chimerici accipit bonitatem vel malitiã. Tunc enim affectus æſtimatur perinde ac actus; quando actus ipſe eſt ſimpliciter poſſibilis; ac proindè quando affectus poſſet in aliquo caſu eſſe effectiuus illius actus. De reliquo affectus ille, quo quis cuperet deſtruere Deum, non habet procul dubio tantam malitiam, quantam haberet ſi id fieri poſſet: nam in hoc caſu Deus teneretur illum impedire Et certè non punitur in inferno tanta pœna intenſiua, qua

non poſſit dari maior ergo habet grauitatem finitam, vt potè augmentabilem ex additamento alterius peccati.

74 Et hinc ſumitur alia ratio pro finitate peccati mortalis: Illud enim eſt in aliquo genere finitum, quod in eo genere poteſt augeri. omne enim augmentum ſupponit finem, vltra quem extendatur. Neq; dicas peccata mortalia habere inæqualitatem dumtaxat in ratione malitiæ, non autem in ratione offenſæ diuinæ, quarum prior conſiſtit in conuerſione ad bonum commutabile; poſterior verò in auerſione à bono incommutabili: & in hac ſecunda ratione peccatum mortale eſſe infinitum. Nam contra eſt; quoniam ma-

gis auertitur à Deo & magis offendit Deum qui maiorem eius indignationem voluntariè incurrit: Sed ex duobus inæqualiter peccantibus ille, qui grauius peccat, voluntariè incurrit grauiorem indignationem Dei: ergo ille magis auertitur à Deo magiſque Deũ offendit. Et porrò vel malitia peccati mortalis, & offenſa Dei ſunt omnino idem, vel ſe omnino exæquant, vt patebit rem ingenuè contemplanti. Quare ſi altera eſt finita, ambæ ſunt finite.

75 Non ergo euincit infinitatem ſimpliciter peccati mortalis infinitudo Dei offenſi adhibito argumento calculatorio; quandoquidem ſatis ſupra oſtenſum eſt, ex hoc argumen-

mento non probari infinitatẽ determinatè, ſed diſiunctiuè aut infinitatem, aut tranſitum ad genus ſuperius. alioquin nulla eſſe ſpecies rerũ habens ſub ſe aliam ſpeciem inferiorem, quin eſſet ſimpliciter infinitè perfecta. Leue quoque eſt argumentum deſumptum ex infinitate durationis in pœna; alioquin æquè probaretur infinitudo meritorum, tum ſupernaturaliũ in natura eleuata; tum naturalium in natura pura, vt potè quibus præmium aliquod ęternum debebatur. Hęc enim eſt conditio naturæ rationalis vt debeat ſiſtere in aliquo termino boni vel mali; quippe niſi terminus boni poſſet eſſe naturaliter firmus, & ęternus homo appeti-

tu

tu naturali appeteret aliquid impoſſibile, dum appetit perpetuam fœlicitatem. E contrario niſi pæna deberet eſſe æterna, Deus non eſſet ſummè timendus; ſiquidem omne temporale poteſt contemni, vtpotè non oppoſitum cum vltimo fine, quem ſolum neceſſario deſideramus. Ex alijs ergo capitibus, quam ex inęqualitate durationis debuit deſumi inæqualitas pœnę, vel præmij in ordine ad inęqualia grauia peccata, vel merita.

CA-

# CAPVT V.

*An pura creatura poſſit condignè ſatisfacere pro peccato, vel mortali, vel veniali; vel ſuo, vel alieno. Et an ſatisfactio Chriſti ſit condigna pro omnibus.*

76 QVamuis tamen grauitas peccati mortalis finita ſit, negamus puram creaturam poſſe per opera naturalia (etiam ſi hæc à Deo non exigantur ex alio titulo) condignè ſatisfacere pro peccato mortali. Cui poſitioni non obſtat tantùm ineſſe bonitatis actui meritorio, qui per peccatum excluditur, quantùm ineſt malitiæ actui peccaminoſo vt pote qui ideò

eſt

eſt malus, quia excludit actum oppoſitum bonum: ex quo aliqui inferunt per poſitionem poſteriorem actus boni oppoſiti peccato precedenti fieri æqualem compenſationem reſpectu Dei. Reſpondetur enim plura eſſe bona, quæ legislator exigit per obſeruantiam legis. Primum eſt opus ipſum ininiunctum. Secundum aliquando eſt reuerentia erga ipſum legis latorem. Tertium ſemper eſt negatio cõtemptus in eumdem. Priora duo bona ſatis compenſantur per ipſum actum ſubſequentem. At verò tertium bonum nunquam compenſatur, quoniam nunquam poteſt reponi actus pro illa ipſa differentia temporis, pro qua erat ponendus vt exclu-

cluderetur contemptus legiſlatoris. Et ideo etiam in humanis, licèt fur reſtituat domino totam pecuniam ereptam; adhuc punitur à Magiſtratu propter contemptum legis præcedentem.

77 Soluta ergo aduerſariorum argumentatione, iam noſtra concluſio probatur poſitiuè pro qua ſupponimus id quod latè oſtenditur in *l. de actibus humanis*, non poſſe dari peccatũ ſine formali offenſa Dei. Hoc poſito ſic philoſophamur: Ita debemus concipere prædicata Dei, & aliarum rerum in ordine ad Deum ſicut conuenit, ad hoc vt Deus ſit illud ens, quo nihil perfectius excogitari poteſt, ſecundum celebrem definitionem

An-

Anſelmi. Hæc verò definitio non competeret Deo, ſi eius maieſtas minor eſſet, quam vt nemo eius comtemptor haberet vires ſufficientes ad compenſandum hoc crimen abſq; indigentia diuinæ veniæ. Videmus enim maieſtatē offenſi augere ſemper difficultatem compēſationis pro offenſa; ergo dignius, & excelſius de Deo ſentimus, ſi dicamus nullam ſatisfactionem puræ creaturæ habere hanc æqualitatem.

78 Confirmatur hęc ratio à poſteriori tum ex communi conceptu hominum, & conſenſione ferè omnium ſcholaſticorum: tùm quia videmus nemini perſuaſum eſſe vt ipſe per vnicum actum bonum minimo tempore durantem

me-

mereatur remiſſionem grauiſ-
ſimæ & longiſſimæ pœnæ ſibi
debitæ in Purgatorio ex mul-
tis criminibus. *S*ed talis pœna
nullam habet proportionem
partis quotæ cum pæna æter-
na debita in inferno ex pecca-
to mortali: Ergo per nullum
cumulum eiuſmodi actuum
poſſet quis mereri remiſſionē
talis pœne; ac proinde neque
etiam remiſſionem culpæ. Eſt
enim impoſſibile vt quis mun-
detur à culpa, ac proinde recu-
peret innocentiam, & bonita-
tem, & tamen remaneat ine-
ptus ad ſuum finem naturalē,
qui reſpectu hominis eſt fæli-
citas æterna. Quare non mo-
do nunc poſita eleuatione na-
turæ, ac propterea connexione
remiſſionis peccati mortalis
cum

cum filiatione adoptiua Dei, ſed etiam in natura pura negamus per bona opera naturalia potuiſſe condignè ſatisfieri pro peccato mortali.

79 Et ratio à priori eſt, quia adhoc vt aliquis ſatisfaciat æqualiter pro aliquo debito ex delicto graui debet tantum facere ſupra id, ad quod ante contractum debitum tenebatur, quantùm infra ſuum debitum fecit delinquendo. ex. g. ſi quis alteri alapam inflixit, debet tantùm honoris illi exhibere ſupra id, ad quod alioquin teneretur, quantum infra ſuum debitum tractauit offenſum. Et idem contingit etiam in debitis pecuniarijs. At nemo poteſt tãtùm honorare Deum ſupra id,

ad

ad quod alioquin teneretur, vel quoad ſpecificationem, vel quoad exercitium; quantùm deſpexit Deum poſtponendo eius amicitiam æternam alicui bono finito: ergo &c. Diximus hanc regulam valere in ſatisfactione debiti contracti ex delicto graui. ſi quidem hæc ratio non idem probat de peccato veniali; quāuis enim per illud poſtponamus creaturæ aliquem intenſiorem gradum amicitiæ diuinæ: non tamen quęlibet poſtpoſitio eſt offenſa habens grauitatem æqualem exuperantiæ boni poſtpoſiti ſupra bonum pręlatum; imò ne ſemper quidem eſt offenſa vt patet in imperfectione morali: Grauitas ergo offenſę requirit vt bonū maius

gra-

grauiter exigat ſe non poſtponi bono minori: quod non facit Deus in ordine ad illos actus per quos remanēte eius amicitia poſtponimus aliquod augmentum illius bono creato: alioquin iam cum illis actibus non remaneret diuina amicitia. Neque hęc diſtinctio peccatorum mortalium, & venialium fuit vniuerſaliter ex mera indulgētia Dei, vt aliqui catholici improbabiliter cenſuerunt. Hoc enim ipſo quòd ſine gratia aliquatenus ſupernaturali non poterat homo conſtitutus in pura natura vitare omnia peccata, ſequeretur naturam eſſe malam, ſi omnia peccata redderent hominem ſimpliciter malum.

80 Sicut ergo aliqua peccata

cata vocantur *venialia*, quia post finitam pænam merentur veniam; ita etiam ſunt venialia per ſatisfactionem voluntariam offenſoris. Eſt enim de natura amicitiæ, vt ea permanente, amicus ſit placabilis, & remittat obſequijs amici offenſiunculas quaſdam leues, & moraliter ineuitabiles. Et hæc poſſibilitas ſatisfactionis fuit neceſſaria vt homines allicerentur hac ſpe ad obſequia Deo prestanda per voluntarias caſtigationes. Imo putamus etiam in pura natura congruū fuiſſe, vt daretur aliquod remedium, quod ex diuina miſericordia & ſuppoſita peccatoris pęnitentia mundaret à peccato, ſaltem ſępe ad arbitrium Dei. Vix enim poſſet

duci

duci vita ſi plures homines ſemel peccatis innexi ità inter cęteros degerent, vt de ſua ęterna ſalute penitus deſperarent; atque ita vix haberent motiuum vel ad bona opera alliciens, vel à ſummis ſceleribus repellens.

81 Actus quidem bonus ſupernaturalis eſt eſſentialiter diſpoſitio congrua ad remiſſionem peccati mortalis, eſt enim ex ſua entitate ordinatus ad gratiam adoptionis, & ad vitam ęternam. Quo circa iã per auxilium conceſſum peccatori ad talem actum eliciendum cenſetur ei remiſſa partialiter pęna, & non tantum pęna quędam arbitraria, & accidentalis, qualis remittitur etiam vel in prorogatione vitę,

vel

vel in cōceſſione redemptoris; negatio enim eiuſmodi bonorum potuit quidem infligi peccato tanquam pæna; ſed adhuc poteſt peccatum condignè puniri ſine illa: & ideo vocauimus illam pęnam accidentalem, & arbitrariam. At negatio eleuationis ad eliciendos actus filij Dei eſt pęna ita, debita inimico Dei, vt ille non cenſeatur cōdignè punitus per quācumque aliam pænam, ſublata iſta; quare ſicut qui per aliquod crimen reddidiſſet ſe indignum acquiſitione brauij, tamen hòc ipsò quod admittitur ad currendum in ſtadio; videtur fieri aliquo modo habilis ad acquiſitionē brauij; ita hòc ipſo quòd aliquis admittitur ad exercendas ope-

rationes proprias filij Dei, redditur aliquo modo habilis ad obtinendam filiationem Dei, ad quam illæ ſunt eſſentialiter ordinatæ.

82 Non tamen per opera ſupernaturalia ſatisfacere quis poteſt condignè pro peccato mortali, Ad quod probandum non vtimur ratione excogitata ingenioſè à quibuſdam recentioribus, quod ſcilicet nullus actus bonus mereatur gratiã cuiuſcunque intenſionis poſſibilis, & tamen quodlibet peccatum mortale mereatur iacturã cuiuſcunque gratiæ poſſibilis antecedentis, ex quo inferunt maius eſſe demeritum peccati mortalis, quam meritum cuiuſcumque operis boni. Non inquam vtimur hac

ra-

ratione; quia ſæpè per aliquod crimen amittitur fructus omnium bonorum operum præcedentium, quæ tamen bona opera ſi poſtea fierent, compēſarent æqualiter demeritum illius criminis. Ita ex. g. Manlius poſt capitolium defenſum vltimo ſupplicio affectus eſt ex crimine affectati regni; cū tamen ſi antea regnum affectaſſet, & poſtea pęnitens Capitolium ab hoſtibus defendiſſet, vtique dignè purgaſſet crimen præteritum. Non ergo nouum eſt vt tam in merito, quam in demerito præferantur prioribus poſteriora, vtpote quę dant validius indiciū futurę vitæ, & pręſentis bonitatis vel malitiæ.

83 Eadem autem ratio

refellitur per inſtantiam, nam quodlibet minimũ peccatum veniale meretur de condigno dilationem cuiuſcumque beatitudinis alioquin debitę quãtumuis intenſioris, & intenſioris finitè in infinitum, atque adeo meretur iacturã beatitudinis] pro aliquo tempore; nec tamẽ eſt vllus cumulus actuũ bonorum vel naturalium, vel ſupernaturaliũ, qui mereatur condignè (pręſcindendo à gratia ſanctificante) viſionẽ beatificam ne pro vno quidem inſtanti; & nihilominus vix erit qui neget per aliquem cumulum actuum bonorum aut naturalium, aut ſupernaturalium elicitorum ab homine innocẽte, ſed non ſanctificato per gratiam, potuiſſe ſatisfieri condignè

gnè pro leuiſſimo peccato veniali.

84. Neque etiam placet eorum probatio, qui hanc impoſſibilitatẽ condignę ſatisfactionis referunt in ſummam neceſſitatem quæ eſt arcendi homines à graui contemptu Dei; quaſi viderentur non ſatis arceri, ſi ſaltem per opera ſupernaturalia poſſent condignè pro eo ſatisfacere: Nam cõtra eſt, tũ quia vidẽtur arceri ſatis, ſi ſciant hæc opera non poſſe exerceri a ſe quin Deus eleuet illos ex ſua miſericordia ad operandum ſupra omnem naturæ exigentiam, remiſſa illis aliqua parte penæ debitæ: tum quia ex ea ratiocinatione ſequeretur, infallibilitatem quam habemus de facto remiſ-

ſionis impetrandæ per opera ſupernaturalia eſſe inconuenientem, quaſi ea poſita homines non ſatis arceantur à peccando; atque adeo præſentem œconomiam ordinis ſupernaturalis non eſſe benè inſtitutam ad tuendam maieſtatem Dei; quod enim hæc infallibilitas habeatur vel ex impetratione Chriſti, vel ex natura ipſorum actuum, ad quos tamen eliciendos potentiam nobis impetrauerit ipſe Chriſtus, non videtur diſparitas pertinens.

85 Aliter ergo probatur concluſio ex ratione iam indicata; quoniam ille qui grauiter inuitus fuit indebitè poſtpoſitus rei viliori, non recipit condignam ſatisfactionem ni-

ſi habeat aliquid in ratione obſequij equè æſtimabile ac id quod paſſus eſt in ratione contemptus: Nullum verò obſequium præſtabile à pura creatura erga Deum videtur adeò æſtimabile à Deo, ſicut contēptus, quem paſſus eſt dum fuit poſtpoſitus bono finito. Accedit quod obſequium eò minus eſt æſtimabile in genere ſatisfactionis, quo eſt magis vtile ipſi perſonæ illud exercenti ex alio capite. Parum enim meretur apud Regem, qui facit actionem honorabilem quidē Regi, ſed vtiliſſimā agēti etiā præciſo omni præmio obtinēdo à Rege; at eiuſmodi ſunt omnia obſequia creaturæ in Deum propter perfectionem, quam afferunt ipſi creaturæ,

ita vt etiam præſcindendo à præmio eſſent prudenter expetibiles operanti.

86 Non ſolum peccator, ſed ne homo quidem iuſtus, & habens plenitudinem gratiæ ſicut Chriſtus, ita vt ſibi nullum gratiæ augmentum mereri poſſet; per quoſcunque actus ſupernaturales dignè ſatisfaceret pro peccato mortali alieno. Semper enim maior eſt contemptus diuinæ maieſtatis exercitus in vno peccato mortali, quam honoratio eiuſdem per omnia opera ſupernaturalia puræ creaturæ; per hęc enim Deus præfertur à perſona infinitè viliore rebus infinitè inferioribus ſe, quod eſt obſequium paruum; per pecca-

tum verò poſtponitur eiſdem qui eſt contemptus maximus. Neq; obſtat huic rationi quòd plus boni mereamur per actus bonos ſupernaturales, quam mali per peccata mortalia, vt probauimus in *tract. de felicitate*. Hoc enim non prouenit ex exceſſu meriti ſupra demeritũ, ſed ex duobus alijs capitibus. Alterum eſt bonitas naturę rationalis, cui proinde debetur multo plus boni dũ benè agit, quam mali, dum malè agit; ea enim quæ conueniunt alicui per ſe; poſſunt illi abundantius cõuenire, quã ea, quæ conueniunt per accidens. Secunda ratio eſt natura ipſius boni, quod poteſt eſſe infinitũ, cum tamen malum non poſsit eſſe niſi finitum; quam ratio-

nem egregie indicat S. Thom. q. 5. de pecc. art. 1. ad quartũ explicans cur beatitudo non crescat per additionẽ aliorum præmiorum ſicut creſcit miſeria per additionem aliorũ malorum: quia, inquit, *ſicut beatitudo conſiſtit in coniunctione ad Deum, ita miſeria conſiſtit in receſſu a Deo, a cuius quidem ſimilitudine, & participatione recedit quis per cuiuslibet boni priuationem. Vnde quodlibet bonum priuatum facit magis miſerum, licet non quodlibet bonum additum faciat magis beatum; quia per bonum additum homo non magis Deo adhæret, quam ſi ei immediatè coniungatur, ſed per bonum ſubtractum magis à Deo elongatur.*

87 Confirmatur noſtra conclu-

cluſio. Nam homo iuſtus per actus bonos nil amplius mereri poteſt de condigno quam augmentum gratiæ, & gloriæ ſibi; ergo non poteſt mereri de condigno primã gratiam peccatori. tũ quia idem præmium collatum inimico eſt lõgè æſtimabilius moraliter, quam collatum amico; tum quia eſt longè æſtimabilior tranſitus à ſtatu peccati mortalis merentis pænam æternã ad ſtatum filij Dei, qui tranſitus fit per primam gratiam, quam tranſitus à prima ad augmentum gratiæ; nemo enim negabit eſſe plus diſtantiæ inter minimum beatorũ & damnatum, quam inter minimum beatorum & ſummum, & nemo certus alioquin de ſua beatitu-

dine cẽſeretur prudenter agere quaſi eligens conditionem cum ſpe maioris lucri, quam cum iacturæ diſcrimine, ſi exponeret hãc certitudinem periculo dãnationis propter ſpẽ quanticunque augmenti, loquor autem de prudentia monaſtica, & deſumpta ex charitate in ordine ad bonum proprium: quidquid poſsit dici de prudentia per ordinẽ ad charitatem boni alieni.

88 Si contritio eſſet forma iuſtificans, adhuc poſſet vtcũque defendi hominem iuſtificari gratis, quia acciperet ex diuina liberalitate tum potentiã ſupernaturalem ad conterendum, quaſi debitor pretioſa inſtrumenta à creditore ad laborandum opus egregium

pro

pro ſatisfactione debiti;tũ verò contritionem ipſam ex vi cogitationis congruę quaſi is qui conſtitueretur à ſuo creditore procurator ad largiẽdam eleemoſynam, & largiretur illam ſibi in ſatisfactionem debiti; tamen vt defendamus cum maiori proprietate hominem iuſtificari gratis vt docent ſcripturæ; & ex alia parte demus etiam oppoſitæ ſententiæ id, quod alicubi ſcripturæ, & Patres indicãt;hoc eſt amorẽ Dei ſuper omnia cõiungi cum gratia non tantum ex arbitraria lege Dei, ſed ex intrinſeca rei natura, aſſerimus dici poſſe contritionem eſſe formam ex natura ſua incompoſsibilem cum peccato,& tamen non eſſe formam iuſtificantem; potuit

tuit enim habere hanc incompoſsibilitatē; eo quod pendeat eſſentialiter à fide Dei remuneratoris, & promittentis diligere diligentes ſe quæ dependentia non reddit eam cōtritionem magis dignam, aut meritoriā, quàm ſi a tali fide non dependeret; ſicuti ſi Deus reuelaret, ſe velle iuſtificare ſtatim omnes credētes, vtiq; fides de hac reuelatione non eſſet magis meritoria, quam cæteri actus fidei, qui nō merentur de cōdigno iuſtificationem & tamen eſſentialiter pugnaret cū negatione iuſtificationis.

89 Cuius rei ratio eſt; quia hęc pugna proueniret ex eſſentiali connexione cum ipſa forma iuſtificante, quam connexionem non haberet ex

ma-

magnitudine ſuæ bonitatis, ſicuti eam habet meritum de condigno, ſed ex ſuis prædicatis phyſicis; ſicut ſcientia Chriſti de hodierna iuſtitia Pauli habet eſſentialem connexionem cum hoc quòd Paulus ſit iuſtus, non tamen per modum formę, nec meriti. Neq; dicas hinc ſequi, hanc Dei promiſsionem non eſſe liberalem; quia talis actus charitatis eſt eſſentialiter cõnexus cũ iuſtitia, atq; adeo dũ Deus promiſit illi actui retribuere iuſtitiam, promiſit aliquid, quod non poterat ei non retribuere. Reſpondemus enim, adhuc in ea reuelatione ſaluari & rationẽ promiſsionis & liberalitatis.

90 *Promiſſionis* quidem tũ quia eſt de obiecto futuro; tum

quia

quia inuoluit liberam obligationem Dei de pręſtandis auxilijs ad contritionē neceſſarijs. Item *liberalitatis*; quamuis enim Deus non potuiſſet reuelare oppoſitum quippe quod erat aliquid inuerificabile, poterat tamen non reuelare hoc ipſum. In quo caſu homo fuiſſet impotens ad amandum Deum ſuper omnia amore illo ſupernaturali, cui eſt infallibiliter annexus ſtatus Iuſtificationis vt iā explicuimus, quare illa reuelatio fuit liberalis ſi nō quo ad ſpecificationē, quoad exercitium; quemadmodum fuit liberale beneficium Dei reuelare myſterium Trinitatis, licèt Deus non potuerit reuelare oppoſitum; potuit enim neutram partem reue-

ue-

uelare, & ſic relinquere hominem cum naturali impotentia ad habendam fidem Trinitatis. Cætera verò quæ addi poſſent ad vitandum circulum in obiecto huius promiſſionis, eadem fermè ſunt ac ea quæ diximus tum in *l. de actibus humanis* tum in hoc *libro* circa obiectum diuinę prohibitionis & diuini conſilij, ideò hic prætermittuntur.

91 Merita quidem Chriſti ſatisfecerũt æqualiter pro peccato mortali; & in hoc ſenſu fuit neceſſaria Incarnatio, vt ſcilicet cõiungeretur hæc duo; diuina liberalitas in remiſſione peccati, & æqualitas ſatiſfactionis. Hæc autem æqualitas nõ ſatis explicatur per hoc, quod merita Chriſti ſubiecerint

rint Deo aliquod ens infinitũ hoc eſt perſonam infinitam ipſius merentis, & per hanc infinitatem obſequij poſſint cõpenſare quēlibet finitum contemptum. Vel enim loquimur de re illa quam bonæ operationes Chriſti poſthabuerunt Deo tanquam obiectum minus amatum ac minus honoratum, & procul dubio id non fuit, niſi bonitas finita creaturarum: vel loquimur de eo quod Chriſtus ſubdidit Deo per ſuum obſequium, & humiliationē & certè cum illud obſequium proueniret à voluntate creata quæ adorabat tanquam aliquid infinitum, & maius ſe perſonalitatem diuinam, non potuit illam ſubdere Deo: maximè quia neque po-

poteſt Deo ſubdi aliquid iden-tificatū cū ipſo Deo, cuiuſmodi eſt perſonalitas illa, neq; fuiſſet honeſtum ſubdere Deo aliquid quod eſt æquè dignum ac Deus, & quod Deus ipſe non poſthabet ſibi.

92 Ratio igitur cur merita Chriſti ſint maius obſequiū Dei quam peccatum puræ creaturæ, ſit contemptus eiuſdem, eſt maior æſtimabilitas merentis quàm vilitas contēnentis: licet enim vterque ſit infinitè inferior Deo; poteſt tamen Deus non deſpicere purā creaturam quamuis peccantem, non tamen poteſt non amare & honorare naturam ſibi hypoſtaticè vnitam; quocirca maior eſt quidem in cōſpectu Dei vilitas offendentis,

quam

quam dignitas merentis, ſi loquamur de vilitate entitatis, non autem ſi loquamur de vilitate amabilitatis, à qua amabilitate deſumitur dignitas meriti.

93 Explicatur prædicta diſtinctio: ſi quidem poterat Deus contemnere naturam ſibi hypoſtaticè vnibilem, vt potè quæ eſt aliquid contingens, ac proinde vile in ratione entitatis, & non neceſſarium ipſi Deo: Poſtquam tamen decreuit vniri hypoſtaticè cum illa, non potuit eamdem *non proſequi* ſempiternò amore, & honore. Hoc enim ſpectat ad dignitatem ipſius Verbi vt illa natura cui ipsũ cõmunicetur ſumma communicatione poſſibili ad extra, ametur à Deo quan-

quantum eſt amabilis creatura, hoc eſt amore indiſſolubili, & ſupra omnes creaturas. Sicut enim datur actus fidei de perpetuitate ipſius fidei in genere vſque ad finem mundi, quo actu poſito, non poteſt Deus non conſeruare fidem in Eccleſia, & ſicut datur viſio beatifica, qua ſemel poſita non poteſt beatus eam vel in indiuiduo, vel ſaltem in ſpecie non retinere per totam æternitatem. & datur caracter ſacerdotalis, quo poſito non poſſet Deus non mittere ſuum ſilium ſub hoſtiam ad verba ſacerdotis, & dãtur merita Chriſti quę in ſententia probabili non potuerunt à Deo non acceptari in ordine ad præmium pro quo applicabantur, ita vt

ex

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex allatis exēplis patet, vniuer-
ſè nō implicāt entia quę eſſen-
tialiter ſupponāt hoc vel illud
decretum de aliquo faciendo
in poſterum, ita vt in ſenſu cō-
poſito cum talibus entibus re-
pugnet Deum id non facere,
non quidem ex defectu diuinę
potentiæ, ſed quia repugnat
Deum operari contra ſuum
decretum.

94 Inter hæc vero entia cō-
gruenter enumeramus vnio-
nem hypoſtaticam, quę eſſen-
tialiter ſupponat decretū Dei
de nunquam dimittenda *illà*
natura rationali cui ſemel ſit
hypoſtaticè vnitus. Idque ſua-
detur multis rationibus. Primo
quia alioquin poſſet continge-
re, vt natura aliqua rationalis
merens antea parem honorem
&

& adorationem cum Deo poſtea eſſet in inferno, & quod in ſententia eorum, qui dicunt, eſſe eumdem hominem ſiue aſſumptum, ſiue non aſſumptum poſitâ identitate humanitatis, verificari poſſet hæc propoſitio: *Hic homo qui nunc eſt Deus, damnabitur*: Et certè poſſet illa natura aſſumpta, de hoc præſcia, inuidere ſortem multis damnatis mitius quàm ipſam in æternum cruciandis, quæ omnia videntur incongrua diuinæ ſapientię & dignitati.

95 Secundo ſequeretur contra communem ſenſum ſcholaſticorum, & fidelium, vnionem hypoſtaticam non eſſe ſummum benificium inter conferibilia, immo ne inter

col-

collata q̄dē à Deo. Nā maius beneficiū eſſet viſio beatifica certificās de ſui poſſeſſoris felicitate ꝑpetua q̄ppe quā vnuſquiſq; naturaliter amat ſupra omnia alia bona ſeparabilia ab illa.

96 Ratio autem à priori huius indoſſolubilitatis eſt, quam indicat S. Thom. 3. par. queſt. 50. art. 1. in corpore, & ex qua infert *inpoſſibile fuiſſe quod ſolueretur vnio diuinitatis à carne ipſius*, quia ſcilicet *ſine pœnitētia ſunt dona Dei* ac proinde *non perduntur, niſi interueniat culpa ex parte noſtra*. At nulla culpa potuit eſſe in Chriſto vtpote impeccabili. Ergo non potuit priuari dono vnionis ſemel collato.

97 De eſſentia enim doni proprijſſimè dicti, et prout differt

fert ab alijs beneficijs qualia ſunt *mutuum commodatum &c*; eſt eſſe irreuocabile niſi propter culpam donatarij. At caritas, & amicitia eſt proprijſimum *donum*, ex qua ratione probat S. Thomas prima parte qu. 39. art. 2. *donum eſſe proprium nomen Spiritus Sancti* quia inquit *donum eſt datio irreddibilis ſecundum philoſophum &c: & ratio gratuitæ donationis eſt amor, ideò enim damus gratis alicui aliquid, quia volumus ei bonum. Primum ergo quod damus ei, eſt amor quo volumus ei bonum: vnde manifeſtum eſt quod amor habet rationem primi doni per quod omnia dona gratuita donantur: Vnde cũ Spiritus Sãctus procedat vt amor, procedit in ratione doni primi.*

Hæc S. Thom. Eſt ergo de ratione amoris eſſe *donum*, & hoc donum non poteſt haberi niſi ex fauore, & eleuatione, vt docet idem S. Thom. art. præcedenti: cuius rei ratio eſt quia donum ſupponit eleuari creaturam a conditione ſerui. Nã ſeruo, vt ſeruo nihil poteſt donari: Atque huc ſpectat illud 2. Petri 1. *Pretioſa nobis promiſſa donauit, vt efficiamur diuinæ conſortes naturæ.*

98 Hoc ergo donum pretioſiſſimum eſt ſine pœnitentia quo ad Deum, niſi nos illud per culpam abijciamus, Sed multo perfectius donum eſt vnio hypoſtatica, vt potè, quæ continet eminẽter ipſam gratiam, & omnia alia dona. Ergo multo magis dicendum eſt

eſt illam eſſe inamiſſibilem niſi ex culpa donatarij. Sed hęc culpa implicat. *Ergo* eſt ſimpliciter inamiſsibilis.

99 Confirmatur: nam de ratione affectus verę amicitiæ, ſecundum Ariſtotelem, Tullium, adeoque philoſophos, & theologos vniuersè, eſt, velle quantum eſt ex ſe amicitiæ perpetuitatem; nec enim eſſet verus amicus Petri, qui vellet amare Petrum per annum, & poſtea ſine vlla eius culpa eũ deſerere. Sed conſtat ex fide Deum inire veram amicitiam cũ hominibus per infuſionem gratiæ. Ergo non poteſt infundendo gratiam homini habere hunc actũ: *Volo eſſe amicus huius hominis per decem annos, & poſtea volo ſine eius cul-*

*pa diſſoluere æmicitiam*. Sed multo perfectior, & ſtrictior amicitia eſt vnio hypoſtatica. Ergo. Hæc eadem indiſſolubilitas vnionis hypoſtaticæ probari poſſet alijs rationibus petitis ex conceptu perfectæ filiationis naturalis, quæ eſt vinculum indiſſolubile, & cui omnino debetur hæreditas præciſo crimine, hoc eſt viſio beatifica, quæ affert metaphyſicam certitudinem nunquam deficiendi à bono poſſeſſo.

100 Hinc eſt igitnr (vt redeamus ad inſtitutã quæſtionẽ) quod ſemel poſità vnione hypoſtatica maior ſit in cõſpectu Dei dignitas, & amabilitas filij ſui naturalis, quã vilitas, & odibilitas peccatoris. Cæterum ſi

ſi ad ſatisfaciẽdum pro pecca-
to requireretur tantus exceſ-
ſus dignitatis in merẽte, quoad
entitatem, quanta eſt vilitas
offendentis, ne ipſum quidem
Verbũ in hoc ſenſu eſſet adeò
æſtimabile ſicut homo eſt con-
temptibilis. Verbum ſi qui-
dem non excedit dignitatem
Dei, ac propterea non tantum
ſuperat Deum dignitate, quã-
tam inferior Deo eſt pecca-
tor.

## CAPVT VI.

### *De Infinitate Meritorum Chri-ſti.*

101 AFfirmamus cum communi ſententia merita Chriſti habere in-

finitatem in hoc ſenſu, vt mereātur de condigno quodcunque præmium poſſibile. Omiſſis varijs rationibus minus efficacibus, probatur ex fundamento nuper iacto: nam vnio hypoſtatica eſt perfectiſſima cōmunicatio ad extra quam Deus poſſit facere; & ideo ait Apoſtolus *dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine IESV omne genuflectatur, &c.* Si enim eſſet poſſibilis aliqua communicatio maior, & perfectior, vtiq; eſſet poſſibile aliquod nomen, quod eſſet ſupra hoc datum Christo, & Chriſtus deberet flectere genu in nomine alterius, ſi ille exiſteret. Neq; dicas, ea verba intelligi tantum ſecundum id quod eſt de facto:

nam

nam contra eſt, quia ſi hoc eſſet, æquè potuiſſent pronunciari in creatione mundi de ſupremo Angelo; & ex vi illorum verborum præciſè non colligeretur Chriſtum non eſſe creaturam ſed verum Deum. Hinc ſequitur, naturam humanam Chriſti habere ſummam perfectionem ſubſtantialem, & in actu primo quæ poſſit communicari vlli creaturæ. Maior enim, vel minor perfectio deſumitur à maiori, vel minori cõmunicatione diuinitatis. Diximus *in actu primo*, nam perfectio in actu ſecundo eſt ipſa fælicitas formalis, adeòquè, creata quæ non poteſt à Deo tanta communicari quin in theſauris ſuæ potentiæ habeat ſemper diuitias inexhauſtas

maiores: quocirca in hoc genere communicationis non datur maximum poſſibile.

102 Eſt ergo quidem Chriſtus perfectior formaliter cum ſuis accidentibus, quam ſine illis, & cum gloria corporis, quam in cruce. alioquin nil boni meruiſſet, dum illa meruit. Et poſſet de potentia abſoluta reddi beatior per maiorem viſionem Dei; non tamen poſſet habere principium perfectius ſubſtantiale omnium bonorum poſſibilium ſuæ naturæ. Sicut enim ſpectat ad infinitatem Dei eſſe id quo nil melius excogitari poteſt, ita ſpectat ad eādē vt eius ſumma cōmunicatio tribuat omnem perfectionem quam tribui non implicat. Cum ergo non ſit ſu-

ſupra cōceptum creaturæ habere ex fauore Dei ius, & dignitatem ab obtinendum quodlibet bonum ſibi poſſibile, vtique hoc ius, & hæc dignitas debuerunt conſequi ad communicationem ſubſiſtentiæ diuinæ. Cū autem duobus modis alicui poſſint tribui bona, primò tanquam illi debita phyſicè, & independenter à merito, ſicuti nobis tribuūtur noſtræ potentiæ naturales, ſecundò tanquam recompenſatio operis laudabilis ſicuti præmia dātur benè merentibus; & cum hic ſecundus modus addat perfectionem primo quia facit vt bonum ſit imputabile ipſi operanti, quomodo non eſt imputabile bonum phyſicè debitum; ideò

debuit natura aſſumpta habere vtrumque ius ad omnia bona ſibi poſſibilia: Non autem haberet hoc ſecundum ius perfectè ſi alicui merito ipſius nõ deberetur tanquam digna compenſatio quidquid eius voluntas deſideraret.

103 Non ergo merita Chriſti ſunt infinita ſecundum ſe, & ratione bonitatis propriæ. Vnus enim actus Chriſti potuit eſſe melior, quam alius, & collectio plurium actuum melior quam vnicus actus: Alioquin non magis Chriſtus placuiſſet Deo per obedientiam vſque ad mortem, quam ſi tenuiſſimum actum ſupernaturalem elicuiſſet. Et ideo diſparem etiam habuerunt vim ad mouendum Deum in actu ſecundo

cundo, vt patuit ex eo quod Deus voluit re ipſa totam illam collectionem meritorum, & nō fuit cōtentus vnico actu ad redemptionem humani generis. Et hoc prouenit ex finitate entis creati, quod nunquam poteſt adeo creſcere in vllo genere, vt per additamentum non fiat maius, ſicut alibi demonſtrauimus.

104. Hoc tamen nō obſtante, habent merita Chriſti quādam infinitatem, quatenus nullum eſt præmium quod ſi eis rependatur poſſit dici ſuperans dignitatem eorum. Explicari poteſt doctrina prædicta hoc exemplo: ſi Deus promiſiſſet vnicum gradum viſionis beatificæ omnibus laboribus à nobis perferendis in tota

vita, vtique illud obiectum eſſet dignum pro quo labores omnes perferremus, & tamen maiores vires in actu ſecundo ad nos mouendos habuit illa amplitudo beatitudinis quam Deus obtulit obſeruantibus legem ſuam.

105 Hinc eſt, ne vnionem quidem hypoſtaticam alteri impetratam poſſe exhaurire valorem meritorum Chriſti: nam vt diximus ſola vnio hypoſtatica nō eſt id maximum, quod Deus poteſt elargiri in ratione boni formalis, ac proinde non eſt quid infinitum ſimpliciter in ratione boni creati. Nec poteſt correſpondere illi merito, cui debeatur omne bonum creatum excogitabile. Ex alia parte illa eſt quid ſummum,

mum, & infinitũ radicaliter & vt *quo* : nam per illam habetur ſubſiſtentia diuina, quæ eſt perfectio ſubſtantialis infinita, & tribuit ius ad bona creata maiora, & maiora in infinitũ, ergo ius illud, quod tribuit vna vnio hypoſtatica in ratione radicis, vt potè infinitum, non expletur per impetrationem alterius vnionis hypoſtaticæ, quę in ratione præmij, hoc eſt boni formalis, eſt quid finitum.

106 Neq; dicas: Sicut nõ ſpectat ad infinitã dignitatem Dei vt quicumque grauis cõtẽptus illius mereatur pænam quamlibet finitè in infinitum, ita non ſpectat ad dignitatem Dei, vt meritũ illius Naturæ cui Deus contingenter communi-

catur

catur mereatur quodlibet præmium finitè in infinitũ. Nam reſpondetur, diſparitatem eſſe, quoniam dignitas Dei non tribuit homini peccatori malitiam infinitam ad cuius malitiæ menſuram ſequitur punibilitas. Poteſt enim dari maior, vel minor oppoſitio cum infinita dignitate Dei, atque adeò maior, vel minor malitia in peccato. Et hoc ipſum pertinet ad dignitatem Dei vt qui grauius illi opponitur, ſit grauius punibilis, vtque nemo ſit infinitè punibilis: eſſet enim infinitè malus, ac proinde infinitè prudenter odibilis; atq; adeò etiam nullo modo prudenter conſeruabilis à Deo, qui debet aliquomodo diligere omnia ea quæ ſunt, & ſine

cuius

cuius aliqua dilectione nihil conſeruaretur. At ſubſiſtentia diuina ſubſtantialiter communicata dat infinitam bonitatem in genere bonitatis creatæ. Sicut enim non poteſt magis communicari, ita non poteſt magis perficere. Ille autem, qui eſt infinitè bonus in aliquo genere, habet ius phyſicum ad omnes perfectiones in actu ſecundo illius generis, & ſi operetur moraliter tanquā talis, habet etiam ius morale ad eaſdem, quod ius non repugnat limitationi creatæ, imò illam includit; nam creaturæ, & ſubditi eſt habere ius ad præmium.

107 Quod ſi fingas duplicem eſſe naturam hypoſtaticè vnitā Deo, quarū altera

petat

petat oppoſitum, ac altera, ex quo videtur ſequi merita vtriuſque nõ eſſe infinita, quandoquidem non valent ad obtinendum in omni caſu poſſibili: Reſpondeo caſum implicare, niſi Deus antea derogauerit iuri & meritis naturæ aſſumptæ, ſub qua hypotesi non eſt contra infinitatem huiuſmodi meritorum, vt nequeant aliquod bonum obtinere. Hæc verò implicantia, primo probatur in ſententia identificãte adæquatè diuina decreta cum Deo: cum enim vtrique naturæ aſſumptæ eſſet debita viſio omnium diuinorum decretorum circa res ad ſe pertinens, in quolibet inſtanti, nõ poſſent pro priori ſigno deſiderare aliquid, quòd pro ſigno po-

poſteriori viderent Deo non placere. Alioquin pro eodem inſtanti haberent complacentiam de obiectis oppoſitis: non poſſent enim non conformari quoad rem volitam cum voluntate diuina clarè viſa; ſi quidem illa voluntas videtur ab ipſis vt iam identificata cum Deo; quocirca non poſſunt illam clarè viſam non ſummè amare, imo potius deſiderare vt non identificetur cum Deo. Hinc eſt, implicare in illis duo deſideria oppoſita; ſed pertinere ad Deum non permittere vnum ex ijs deſiderijs in vna natura aſſumpta ex ſuppoſitione quod velit permittere oppoſitū deſiderium in altera.

108 Secundo probatur eadem

dem repugnantia præſcindendo à quacumque ſuppoſitione, & conditione, cum enim quælibet natura aſſumpta nō poſſit operari niſi ex perfectiſsima charitate, vtique non poſſet aliquid deſiderare niſi ſub hac conditione explicita, vel implicita: *niſi alia natura aſſumpta oppoſitum velit*. Quod ſi ambæ naturę aſſumptę facerent eiuſmodi actum circa obiecta oppoſita, neutrius voluntas cenſeretur aſſectiuè efficax. Nequè obſtat ſophiſma quod poteſt fieri: *neutra eſſet efficax: ergo vtraq; eſſet efficax, nā vtriusq; efficacia pendet ſolum à negatione efficaciæ in altera*. Non, inquam id valet; ſed argumentū eſt eiuſdē fallaciæ, ac celebre illud ſophiſma de duobus

tacitè

tacitè affirmantibus, *tu nunc putas verum, tu nunc putas falſum*; vbi videtur non poſſe aſſignari altera ex ijs propoſitionibus tanquam vera, quin hoc ipſo probetur eam eſſe falſam, & è contrario.

109. Id tamen eſt ita ſoluēdū: Si vtraq; affirmatio ſit omninò abſoluta à qualibet aliâ conditione (in quo tantū caſu verſatur difficultas) vtrāq; eſſe falſam. Illa enim quæ dicit: *tu putas verum*: eſt falſa, hoc ipſo quod ille alter non putat verum: At illa altera quæ dicit, *tu putas falſum*, non per hoc ipſum quod altera eſt falſa, eſt vera, vt contendit argumentum, ſed falſa; quod licèt primo aſpectu videatur negandum, tamen probatur: quoniam de

eſ-

eſſentia omnis affirmationis eſt affirmare aliquod obiectũ à ſui veritate diſtinctum vel realiter, vel formaliter, cui obiecto ſi affirmatio conformetur, eſt vera, ſi difformetur, eſt falſa. Quo circà omnis affirmatio affirmat aliquid aliud quàm veritatem vel falſitatem ſui: *veritas* enim, & *falſitas* ſunt prædicata ſecunda, ſicut quælibet relatio ſimilitudinis, diſſimilitudinis &c. quæ non poſſunt affirmari, niſi ſaltem confusè affirmetur aliquod prædicatum fundamentale primum, ex quo conſurgunt. Sic ergò omnis affirmatio affirmat aliquod obiectum fundamentale primum, ex quo deſumatur eius veritas, vel falſitas.

110 Ergò illa propoſitio, quæ

quæ dicit: *tu putas falſum*, intelligit hoc de aliqua falſitate, quæ ſit difformitas alicui obiecto adæquato fundamentali contradiſtincto à veritate, vel falſitate ipſius propoſitionis id affirmantis. Sed tu nūc re ipſa non putas falſum in hoc ſenſu; nam obiectū à te affirmatum eſt quòd hæc mea affirmatio habeat aliquod obiectum fundamentale cui conformetur, & quod per hoc ſit vera. Ergò illa propoſitio mea affirmat eſſe in te talem falſitatem, quam verè tu non habes, atquè adeò eſt falſa.

111 Neque obſtat, propoſitionem, quæ affirmat e. g. *Omnis cognitio eſt imago obiecti* verificari etiam per ſe ipſam, eò quod ad veritatem propoſitio-

tionis ly *omnis* applicatum alicui ſubiecto requirat, vt quęlibet ſingularia habeant illud prædicatum, quod de tali ſubiecto affirmatur. Reſpondetur enim, eiuſmodi propoſitiones vniuerſales neceſſarias verificari per exiſtentiam illius neceſſitatis quam habet cauſa prima non producendi aliquid cui conueniat ille gradus vniuerſalis, ſine tali prædicato; & ideo dicuntur eſſe veræ ſemper, & vbique, faciunt enim ſenſum non actualis exiſtentiæ, quæ eſt aliquid temporaneum, ſed neceſſitatis, quæ eſt æterna; vel certè eiuſmodi propoſitiones ſatis verificantur per conformitatem cum vno ſingulari; idem quippe eſt in ipſis conformari

cum

cum vno, & cum omnibus participantibus eundem gradum eſſentialem.

112 Cœterum ſi aliqua cognitio affirmaret de omnibus cognitionibus prędicatum aliquod accidentale, quod conueniret alijs præter ipſam, vt e.g. *Nunc omnis cognitio diſtat ab hoc loco*, tunc quidem ſi tale prædicatum affirmaretur vt eſſentiale, cognitio eſſet falſa, quia id non conuenit eſſentialiter illi gradui, ſin autẽ affirmaretur vt cõtingens, eſſet vera, quia omnis ex ijs cognitionibus, quarũ hęc eſt imago (nõ eſt enim imago ſui ipſius) habet hic, & nunc tale prædicatum.

113 His præmiſſis de veritate cognitionis, eodem modo phi-

philoſophandum eſt de efficacia volitionis, nulla enim volitio poteſt aut immediatè, aut mediatè pendere in ſui efficacia à ſua efficacia; ſed debet velle obiectum à ſe contradiſtinctum, & ſub conditionibus a ſe contradiſtinctis. Alioquin eſſet nugatoria, & inexplicabilis; ergo ſi quis dicit: *volo hoc niſi Paulus efficaciter velit oppoſitum*, intelligit de tota illa efficacia volitionis Pauli, quæ nō includat efficaciā huius ipſius volitionis cōditionatæ, Hoc ſuppoſito iam in caſu quæſtionis noſtræ vtraq; ex illis volitionibus haberet totam illam efficaciā, quæ non includeret efficaciam alterius; ergo vtraque eſſet efficax in eo ſenſu, in quo ipſa conſtitueretur ab al-

tera

tera tanquam conditio excluſiua efficaciç in illa, Ex dictis tamen videtur probabile vnã-quamq; naturam aſſumptam habere exigentiam phyſicam, vt nulla alia ſit aſſumpta. Habet enim exigentiam phyſicam vt in nomine eius omne genuflectatur vtque omnes creaturæ ſint illi ſubditę, & ipſa ſit ſumma. De ratione autem ſummi eſt eſſe vnicum.

## CAPVT VII.

*Quæ nam obiecta Chriſtus meruerit. Vbi præſertim quæritur da obiectis tempore, vel natura præcedentibus Incarnationem.*

114 CErtum eſt Chriſtũ meruiſſe omnia bona conducentia ad ſalutem

collata poſt peccatũ Adæ non ſolum nobis, ſed etiã ipſi Adæ, & cæteris ante Chriſtum genitis. Omnes enim redempti fuerunt per Chriſti ſanguinem. Difficultas eſt quomodo id fieri potuerit ſine mutua prioritate. quandoquidem gratia, & bona opera iſtorum habuerũt mediatum influxum in generationem ipſius Chriſti. *Omittimus* plures ſententias ab alijs iam validè refutatas. Non ſatisfacit, quod aliqui dicunt Chriſtũ fuiſſe volitum à Deo pro aliquo inſtanti ſuæ vitę independenter ab ordine ad totam generationem, & vitam tempore antecedentem, & pro eo inſtanti meruiſſe gratiam progenitoribus ſine aliqua mutua prioritate naturæ. Contra enim

enim eſt; quia hinc ſequeretur Virginem, & antiquos Patres nullum habuiſſe influxum in redemptionē generis humani, quippe quæ facta eſt in cruce ſoluendo pretium peccati pro omnibus ſimul: ac proinde nō potuiſſe tūc Chriſtum niſi valdè impropriè dicere *Mulier ecce filius tuus* quia ſecundum vitam, & durationem, quam habebat tunc, non erat filius illius, ſed independens ab illa; Et ipſa non poterat niſi ex errore lugere mortem illius tanquam proprij filij, quoniam pro eo inſtanti non intelligebatur eius filius, ſed potius dabat operam, vt euaderet eius filius reſpectu temporis antecedentis. Ex quo rurſus fit totam exiſtentiā, quam Chriſtus habuit poſtea, & ha-

bet nunc, eſſe etiam mediatè independentem à Virgine. Si quidem exiſtentia poſterior nō pēdet à priori mediata niſi per immediatā. Si ergo ſemel aliqua exiſtentia, hoc eſt duratio, Chriſti fuit independens à Matre, tota duratio ſubſequens, vt potè dependens ab iſta, erit independens à Matre.

115 Neque placet aliorum via qui dicunt, Verbum pro ſigno priori aſſumpſiſſe animā, quàm corpus, & pro eo ſigno meruiſſe gratiā Virgini, & SS. Patribus, per quam ab ipſis corporaliter generaretur. Ex hac enim ſententia ſequitur primo fuiſſe aliquod meritum Chriſti prius natura Incarnatione. Secūdo multos obtinuiſſe gratiam habitualem independenter à Chriſti ſanguine,

adeo.

adeoque Diabolum, & pecca-
tum fuiſſe victum indepēden-
ter à cruce. Tertio animam
Chriſti nō fuiſſe productá mo-
do connaturali, hoc eſt ad exi-
gentiam materiæ diſpoſitæ, &
ſic poſterius natura ad opera-
tiones matris Denique contra
eſt; quoniam ambæ iſtæ ſen-
tentiæ fuerunt excogitatæ ad
vitandam mutuā prioritatem;
cum tamen eadem difficultas
ſoluenda ſit paſſim in alijs ma-
terijs vt latè oſtendimus *in lib.
de actibus humanis cap.* 8.

116 Soluenda ergo eſt hæc
difficultas per eam viā, quam
ibi oſtendimus probantes dari
in Deo ſcientiam aliquam dis-
iunctiuam, per quam res futu-
ras cognoſcit in aliquo priori
ſigno antequam videat eas

connexas cum his, vel illis circunſtantijs etiam cauſalibus, & à quibus res illæ dependent in ſuo eſſe. Hoc ergo modo videt Deus futura merita Chriſti ſub diſiunctione depēdentiæ ab his, vel ab illis cauſis mediatis: & ab eiusmodi meritis mouetur ad volendum, vt dependeant ab iſtis cauſis, & non ab alijs, adeoque ad dandam gratiam virgini, & cæteris progenitoribus Chriſti vt habeant mediatum influxum in prædicta merita eiuſdem Chriſti.

117 Tria verò in hac re ſunt obſeruanda. Primum eſt, hinc non inferri mutuam prioritatē inter duas eaſdem exiſtentias. Nam Beata Virgo fuit cauſa mediata meritorum Chriſti ſe-

ſecundum exiſtentiam realem merita verò illa fuerunt cauſa gratiæ in Virgine ſecundũ exiſtentiam intentionalem quam habuerunt in mente Dei independenter à Beata Virgine: ſicut propterea datur ſimilis mutua cauſalitas inter media, & finem; cum hoc tamen diſcrimine, quòd finis cauſat media ſecundùm eſſe intentionale quod ipſe habet in ſui apprehenſione; merita verò Chriſti fuerunt cauſa gratiæ in Virgine ſecundum eſse intentionale, quod habuerunt in ſui affirmatione.

118 Alterum eſt, quòd affirmatio intuitiua Dei de aliqua exiſtentia in tempore, non eſt poſterior natura ad illam exiſtentiam, quippe

quæ cognitio non cauſatur ab obiecto ſicut noſtra, eſt tamen aliqua Dei affirmatio in ſigno cōcomitanti cum obiecto affirmato, illa ſcilicet, quæ determinatur ab ipſa exiſtentia quam obiectum habet in ſe. Et quoties Deus mouetur à tali affirmatione intuitiua ad volendum aliquid aliud, non poteſt illud aliud cauſare obiectum talis cognitionis diuinæ. Aliqua verò Dei affirmatio intuitiua eſt in ſigno priori ad obiectum affirmatum hoc eſt illa, quæ determinatur non ab exiſtentia ipſa obiecti, ſed ab aliqua cauſa trahente infallibiliter ſed remotè exiſtentiam illam cum indeterminatione vt trahat per has vel illas cauſas proximas, & huiuſmodi eſt illa-

illa affirmatio intuitiua quam Deus habet de aliquo obiecto, determinatam à decreto intẽtionis de illo obiecto ponendo per aliquod medium vagè; & diſiunctè volitum, ſiue tale decretum intensionis ſit independens à ſcientia conditionata ſiue illam inuoluat vt in caſu noſtro: Quæ affirmatio vocanda potius eſt *preuiſio* quàm *viſio*; ideoque illi non applicatur ea doctrina, quam tradidimus in libro de *actibus humanis* cap. 8. ab aſſertione 98. vſque ad 105.) illa enim habet locum in ijs ad quæ volenda mouent Deum aliqua *vt viſa*, ſicut ibi loquimur, & non *vt præuiſa*, de quo eſt ſermo in præſentia.

119 Tertium quod obſer-

uo, eſt, non omnem quidem ſcientiam viſionis in Deo eſſe cauſam rei viſæ, vt multi putā t, ſed aliquam, hoc eſt illam, quæ eſt pura præuiſio, & quæ relinquit Deum adhuc indifferentem ad volendum quòd illa res exiſtat dependenter ab his, vel ab illis cauſis. Illud verò effatum ſatis commune Patribus, *non ideò ego operor quia Deus præſcit, ſed ideò Deus præſcit quia ego operor*; per ly *ideò* non ſignificat cauſam, ſed determinatiuum liberum rei non neceſſariæ: omnes enim res non neceſſariæ ſunt determinabiles ab aliqua libertate ad alterutram partem, & illi libertati imputantur per eam particulam *ideò*; Ità dicimus *ideò concurrere habitum carita-*

*tis quia voluntas vult*: licèt enim concurſus ille, & ea volitio inter ſe nō diſtinguantur, ac proinde hæc non ſit cauſa illius, tamen ly *vult* explicat determinatiuum liberum atq; adeò ſub eo conceptu conuenit ei volitioni ly *ideò* reſpectu ſui ipſius expreſsè ſub alio conceptu, nempe *concurſus prouenientis ab habitu*.

120 Similiter ergo dicimus: *Deus præſcit quia ego operor*, quoniam complexum ex diuina præſcientia, & mea operatione eſt obiectum non neceſſarium conſtans ex duabus partibus inſeparabilibus, cuius determinatiuum liberum eſt non præſcientia Dei, ſed mea operatio: Hoc tamen non impedit quin illa præſcientia

poſsit eſſe cauſa mediata meæ operationis . Quam doctrinam debent admittere inter cæteros quicumque vtuntur ſcientia media Dei ad explicandam efficacitatem gratiæ in priori ſigno ad noſtram bonam volitionem .

121 Neque ex hoc modo explicandi influxũ meritorum Chriſti in gratiam progenitorum ſequitur principium meriti, hoc eſt primam gratiam poſſe cadere ſub meritum, & ſic corruere argumẽta Auguſtini probantia contra Pelagianos primam gratiam gratis collatã; Reſpõdetur enim, meritum debere præuideri in indiuiduo ad hoc vt ſit cauſa præmij . Alioquin ſi præuiſio meriti disiunctiui poſſet cauſare

ſare præmiũ, ſequeretur quod eſſet cauſa præmij meritum conditionatum, quod non erit, ſed eſſet. Finge enim Deũ prę-uidere meritũ futurũ dependẽter diſiũctiuè à gratia A, vel à gratia B. vtiq. hoc non poteſt eſſe vnum & idem meritum: nam aut eſt vera ſententia, quod volitio ſit affixa eſſentialiter cognitioni, & gratiæ, à qua dependet, & hoc poſito non poteſt ſub diſiunctione diuerſæ gratiæ præuideri eadem volitio meritoria: vel non eſt vera; & hoc poſito ratio meriti includit intrinſecè cognitionem, & gratiam præcedentem. Eadem quippè volitio in hac ſecunda ſententia poteſt eſſe vel nihil vel minus, vel magis merito-

ria

ria prout ſupponit diuersã cognitionẽ, & gratiã pręcedentẽ. Si ergo nõ poteſt Deus præuidere idẽ meritũ ſub diſiunctione dependentiæ à diuerſa gratia, ſed tantũ meritũ diſiunctiuè diuersũ, vtiq. depẽdẽter ab hac pręuiſione non poteſt remunerari meritũ A, quod erit; quia hoc pro eo ſigno nõ pręuidetur determinatè; neq. pro eo ſigno poteſt remunerari diſiunctiuè meritũ A, vel B. nam meritũ B. nullo modo erit, ſed eſſet, atque adeo non meretur præmium, ſed *mereretur*.

122 Priuilegium fuit meritorũ Chriſti extendi ad præterita. Cætera enim merita nõ merentur niſi effectus præſentes, aut poſteriores tempore: Siquidem quamuis decretũ

Dei, quod merētur bona opera noſtra fuerit pręcedens, hoc eſt ab æterno, tamen in illo decreto non eſt aliquid diuerſū *eſſe nunc, & fuiſſe ab æterno*. Quare tum cauſæ morales, tū phyſicæ non poſſunt exigere aliquam voluntatem Dei præſentem, quin exigant eam fuiſſe antecedenter. At effectus talis volūtatis debet eſſe quid non prius tempore ad ipſum meritum. In hoc enim differt commutatio iuſtitiæ à retributione præmij, vt in contractibus commutatiuis non ſit de natura vnius rei, quæ commutatur, dari antè, vel poſt aliam. Et ſic poteſt dari pretium ante rem, vel res ante pretium: at retributio debet eſſe ex natura ſua effectus meriti:

riti: & ſic voluntas eam dandi debet moueri à merito, vt exiſtente vel tunc cùm datur retributio, vel antea. Poteſt quidem Deus liberaliter diſpenſare in hac conditione, & moueri ab oratione futura ex. g. ad conceſſionem præſentem, vt demonſtrauimus in *libro de actibus humanis*. Sed hæc anticipatio, vt indicauimus, ſuperat dignitatem meriti finiti, quippe quod imitatur cauſas phyſicas, & non habet ius in præteritum.

123 Et ratio à priori eſt, quia meritum eſt inſtitutum propter duo bona: primò vt eius ſpes alliciat ad bene operandum: Secundo vt ille qui eſt bonus per meritum, reddatur felix per proemium:

vtra-

vtraq. autē ratio oſtēdit regulariter prœmiū nō debere antecedere meritum. Sed ambæ iſtæ rationes ceſſant reſpectu Chriſti, ille quippe tanquam ex ſe inclinatiſſimus ad operationes optimas, non egebat inuitamento futuri boni: Et rurſus cum eius merita eſſent infinita, conſtituebatur per illa tam bonus moraliter vt ei deberetur non ſolum omne gaudium de bonis præſentibus, & futuris, ſed etiam de preteritis, ac proinde dignus in cuius gratiam poni deberent omnia ea obiecta præterita ex quibus Chriſtus eſſet tūc percepturus gaudium.

## CAPVT VIII.

*An Chriſtus meruerit per actus pendentes à viſione beatifica, & an per obſeruantiam mandatorum: vbi qualis ſuerit obedientia Chriſti & de illius impeccabilitate, vel neceſſitate ad optimum.*

124 MEruit Chriſtus per actus pendẽtes à viſione beatifica; alioquin cũ non habeat fidẽ, meruiſſet per actus pendentes à cognitione imperfectiori, quã ſit ea, ex qua dependet meritum purę creaturæ, nullus enim habitus

bitus nõ theologicus, & proinde nõ habens pro obiecto formali Deum, eſt ęquè perfectus in eodem genere, ac habitus theologicus: at nullus datur habitus intellectiuus theologicus præter fidem, & lumen gloriæ, quorum altera tendit in Deum obſcurè, alterum clarè.

125 Accedit quòd ad perfectam rationem voluntarij requiritur cognoſci ſingula, in quibus eſt actus, & præſertim cognoſci perſonam ipſius operantis per cognitionẽ immediatam, & experimentalem, cui ſubſtituitur hoc nomen *ego* vt alibi explicauimus. Et quidem ly *ego* in Chriſto dicit ſubſiſtentiã diuinam, ratione cuius verificabatur: *Ego, &*

*Pa-*

*Pater vnum ſumus*, At cognitio immediata, & experimentalis ſubſiſtentiæ diuinæ non eſt niſi viſio beatifica: ergo ad omnes actus volūtarios Chriſti præexiſtebat viſio beatifica. Neq. hinc ſequitur aliquod abſurdum, quaſi viſio beatifica Chriſti, vti tendens in omnia futura, iam ſupponat eorū eſſe fururum, atque adeo non poſſit eſſe principium meriti in ordine ad illa; nam hęc eadem difficultas valet in Deo, cuius cognitio beata ſine dubio extēditur ad omnia futura, & tamen eſt principium omnium futurorum. Sicuti ergo in Deo ponimus varias cognitiones virtualiter in varijs ſignis, ita in Chriſto poſſumus ponere varias viſiones

bea-

beatas, aliam quidem primariam, quæ tendat in obiectum ſimplicis intelligentiæ diuinæ, & in illam ſcientiam viſionis, quæ verſatur circa res indepẽdenter à meritis Chriſti; alias verò ſecũdarias dependentes à decretis factis ex Chriſti meritis, & exiſtentes in varijs ſignis ſubordinatis.

126 Neque obſtat, hinc ſequi charitatem Chriſti non fuiſſe meritoriam vt pote quæ neceſſariò ſequitur ad viſionẽ beatificã. Reſpondemus enim vel hanc neceſſitatem in beatis amandi Deum eſſe ad quẽdam actum caritatis primariũ dũtaxat, quo beati velint Deo bona neceſſaria & ea contingẽtia, quæ nõ poſſunt nõ velle, veluti amare illum ſemper ſuper

per omnia &c. vel hanc eſſe neceſsitatem vagam, & non determinatam; ſiquidem non poteſt Beatus non amare Deū, vt ſic, poteſt tamen non amare illū hoc determinato amore, quo velit Deo hanc gloriā extrinſecā, & hęc obiecta ſecūdaria nō cōnexa cū fęlicitate Dei, neq. neceſſario volenda ab amico Dei. Cęterū quod *caritas* beatifica Chriſti fuerit meritoria videtur haberi ex S. Th. 3. p. q. 19. ar. 3. ad. 1. vbi tamen notat hanc vim meritoriā cōuenire illi actui *quatenus* eſt actus viatoris, non quatenus eſt comprehenſoris.

127 Conſtat ex Scriptura, Chriſtum meruiſſe per obediētiam, & per obſeruantiam mandati. Certum eſt etiam, eum

eum fuiſſe impeccabilem ſaltē ratione viſionis beatificæ. Imò aſſerimus eum fuiſſe impeccabilem etiam ratione vnionis cum ſubſiſtentia diuina. Nam per illam vnionem reddebatur filius naturalis Dei, ac proinde amicus Dei sūma amicitia poſſibili inter Deum, & creaturas. At quælibet amicitia cum Deo conſtituit aliquam impeccabilitatem in amico Dei. Sed ſicut amicitia, ita & impeccabilitas habet varios gradus. Minima quidem amicitia eſt illa quam Deus habet cum nobis viatoribus. hęc enim neque eſt indiſſolubilis pro tempore futuro, neq; etiam eſt talis pro tempore præſenti, vt excludat omnem offenſionem leuem. Imo ne-

gra-

grauem quidem offenſionem præſentem excludit niſi in ſen ſu diuiſo: nā Deus hìc, & nūc erat indifferens ad nō haben dum illū hominem pro amico ſi hic voluiſſet peccare.

428 At amicitia perfecta eſt talis vt amicus velit efficaciter quantum poteſt durare ſemper in amicitia. Item excludit omnem etiā leuem offenſionem. Denique non compatitur pro eodem inſtanti in amico voluntatem indifferentem ad habendum, vel non habendum quantum eſt ex ſe alium pro amico. Ideo hæc ſecunda amicitia eſt illa, quam habent Beati cum Deo, quæ eſt eſſentialiter æterna, & incompoſsibilis etiam cum peccato veniali, & quæ reddit il-

los

los impeccabiles non ſolum in ſenſu compoſito, & impotentia conſequenti, ſed etiam in ſenſu diuiſo, & impotentia antecedēnti. Repugnat enim ſtatui feliciſsimo Beatorum quod videant Deū in illo ipſo inſtanti ſic diſpoſitum erga illos, vt ſi vellent peccare, & euadere eius inimici, non negaret eis concurſum ad id faciendum.

129 Quod ſi viſio beatifica, multo magis ipſa filiatio Dei naturalis præſtat hanc amicitiam perfectiſſimam. Et ideo natura humana Chriſti non ſolum in ſenſu compoſito, ſed etiam in ſenſu diuiſo ab vnione hypoſtatica nō potuiſſet peccare ſimultate potentiæ cum ipſa vnione. Imò

T pro-

probabile eſt Chriſtum non
potuiſſe habere hanc potentiã
ne tempore quidẽ antecedenti
ad vnionem. Spectat enim ad
perfectionẽ ſilij Dei naturalis
ſcire qnod Deus numquam
fuit paratus ad habendum illũ
pro inimico.

130 Hæc impeccabilitas
Chriſti difficilè componitur
cum eius libertate in obſeruã-
tia mandatorum, ac proinde
cum merito obedientiæ. Plu-
res explicationes ab authori-
bus excogitatæ refelluntur ex
eo, quod non ſaluent meritũ
in ipſa obedientia, ſed in cir-
cumſtantijs nõ imperatis, qua
rum executio proinde ad obe-
dientiam non pertinebat.

131 Dixerũt aliqui Chri-
ſtũ obediuiſſe liberè, quia pote
rat

rat petere diſpenſationē quā ſe impetraturum ſciebat. Id tamen habet vnicam,ſed grauem difficultatem, quoniam Chriſto non fuit mandata mors quomodocumque; ſed mors iuxta officiū & nomen Saluatoris illi datum à Deo, hoc eſt mors in redemptionē generis humani, ergo mors meritoria. Sed hæc per te, quatenus meritoria, includit nō petitionē diſpēſationis. Ergò ipſa nō petitio diſpenſationis fuit illi mandata & per conſequens fuit illi non libera. Reſpondent fuiſſe illi præceptum diſiunctiue, vt vel moreretur, vel peeteret licentiam non moriendi. At ſi hoc eſt, æqualiter obediuiſſet per vtrālibet partem diſiuncti: Et ſic

nō debemus admirari eius obe-
diētiā per quā *fuit obediens vſq.
ad mortē, mortē autem crucis* ne-
què enim fuiſſet obediens ſine
morte, & ſine crucè. Item cō-
tra eſt, quia bene quidem ſal-
uatur per hoc quomodo Chri-
ſto fuerit liberū mori non au-
tem quomodo fuerit ei liberū
*nō obedire*. Et tamen eius obe-
dientia, vt obedientia, debuit
eſſe libera, & meritoria, vt ſal-
uentur locutiones Scripturæ.

132 Alij dixerunt fuiſſe
Chriſto iniunctum diſiunctiuè
vt vel moreretur, vel non re-
dimeret genus humanū. Sed
contra eſt primo quia nouum
eſt apud PP. & Schol. nō fuiſ-
ſe determinatè mādata Chri-
ſto redēptionē hominū. Secū-
do quia non poteſt fieri tale
man-

mandatum diſiunctiuũ quod ſub altera parte diſiuncti includat aliquid phyſicè neceſſariũ illi, cui mandatur; ex.g. non poteſt mihi fieri mandatum, vt vel peragam opera iniuncta, vel non lucrer indulgentias: non enim eſt in mea poteſtate lucrari indulgentias ſine illis, ſed Chriſtus ſi voluiſſet redimere genus humanum ſine morte, per te, peccaſſet, atq. adeo non redemiſset, ergo hoc ipſo non potuit ei iniungi vt non redimeret ſine morte.

133 Tertio cõtra eſt, quoniã omne exercitium neceſsariũ voluntatis eſt in priori natura, quàm exercitium liberum ex doctrina Sancti Thomæ ſatis communiter recepta; nã ob-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iectũ exercitij neceſsarij priùs, & validiùs trahit volũtatem, quam obiectũ exercitij liberi. Et ideo actus inefficaces neceſsarij ſunt gratia Dei præueniens, & diſponunt in actu primo ad volitiones liberas. Sed hoc obiectum quod eſt, *velle adimplere hoc diſiunctum* erat obiectum neceſsariò volibile reſpectu Chriſti, ergo Chriſtus in priori natura ad liberam electionem huius vel alterius membri habuit hunc actum: hoc autem actu ſuppoſito, illa electio ſubſequens non habuiſset meritũ, & laudabilitatem obedientiæ, quia per illam Chriſtus non decreuiſset obedire vt ſic, ſed, ſuppoſita iam volũtate obediendi, eligere potius, hãc partem,

quàm

quàm aliam; quod, vti non erat ei præceptum, ita non addebat nouam obedientiæ laudabilitatem.

134 Probabilius ergo eſt Chriſto non fuiſse iniunctam mortem per tale mandatum, quod redderet ei illicitum obiectum oppoſitum. Per hoc enim vnicè ſaluatur quomodo exercuerit obedientiam liberam, & per cōſequens quomodo in ipſa obedientia formaliter meruerit. Et quamuis Chriſtus teneretur lege naturali, de qua videtur recurrere eadem difficultas; tamen in ipſa lege naturali ſufficit inuenire impoſſibilitatem phyſicā reſpectu Chriſti, cui propter vnionem hypoſtaticā inhoneſtas operationum oppo-

ſitarum legi naturali, quas alioquin potuiſset facere, reddiderit illi impoſſibiles tales operationes. Sed non eſt neceſse vt meruerit formaliter per obedientiam talis legis: ſicut eſt neceſse vt meruerit per obſeruantiam mandati de quo diſputamus, vt pote, quod fuit impoſitum illi tanquam materia meriti. Et confirmatur, quia caritas eſt plenitudo legis; & tamen per actũ caritatis vt ſic quatenus eſt plenitudo legis cõtinens in voto omnem obſeruantiam legis, Chriſtus non meruit vt pote per actũ neceſsario cõnexũ cũ viſione beatifiea; licet meruerit per eãdem quatenus extendebatur ad opera ſuperrogationis vt diximus. Ergo non mer-

meruit per impletionem legis obligantis, vt ſic.

135 Lex ergo naturalis fuit impoſita Chriſto, non ad hoc vt Chriſtus per eius obſeruantiam mereretur, ſed ne alioquin Chriſto eſsent licitæ actiones, quæ ſunt intrinſecè malæ. At mandatum poſitiuum fuit ordinatum ad dandam illi materiam laudabilis obedientiæ circa obiectũ moleſtum. Ergo non debuit eſse rigoroſũ atq. adeò neceſſitans Chriſtum; & auferens illi omnem libertatem & laudem in executione illius; quia hoc fuiſſet cõtra finem talis mandati.

136 Et ſanè etiam lex naturalis nõ videtur eodem modo impoſita Chriſto ac nobis; nec enim Deus intimauit Chri

ſto; *ſi tu violaueris hanc legem, ego te auerſabor*, ſicut intimauit nobis. Nempe, cùm implicet Deum exercere auerſationem erga Chriſtum; idem hoc fuiſſet ac dicere: *ſi tu violaueris hanc legem, producam chimæram*: Sed tantùm fuit intimatum Chriſto, illas actiones ex genere ſuo diſplicere Deo; & ex vi huius cognitionis fuit redditũ Chriſto impoſſibile velle actiones talis generis. Impoſſibilitas autem orta ex vi huius motiui cogniti, *quia hæc diſplicent ſuperiori* denominat omiſſionem talium actionum *obedientiam*; non tamen obedientiam laudabilem; quis enim laudat Chriſtum ex eo quod non blaſphemauerit, ſicut laudat ex eo quod fuerit obediens vſ-

que

que ad mortem?

137 Igitur videtur pugnare cum perfectiſſima amicitia præceptum eiuſdem rationis, ac illud, quod puris viatoribus iniungitur, hoc enim præceptum eſt comminatorium, & mouet per modum timoris: Timor autem, & minæ cum perfectiſſima amicitia non coniunguntur. Et hæc etiam eſt ratio, cur non poteſt dari pura creatura naturaliter impeccabilis; nam omnis creatura eſt naturaliter ſerua Dei, ac proinde talis, quæ debeat Deũ timere, & quã Deus poſſit mouere per præceptum cõminatorium.

138 Sine rigoroſo tamen præcepto ſaluatur perfectiſſima obedientia, vt conſtat ex

S. Thoma 2. 2. q. 104. art. 5. ad 3. vbi diſtinguit vnam obedientiam ſufficientem ad ſalutem, per quam religioſi obediunt in ijs, in quibus obedire tenentur: aliam verò pertinentem ad cumulū perfectionis, per quam obediūt in omnibus licitis. Et ratio eſt ipſa honeſtas ſpecialis obedientiæ, quæ eſt *reuereri intellectum, & voluntatem Superioris, tanquam regulam proprij iutellectus, & voluntatis*: hoc autem multò perfectius fit, ſi conformemur cum voluntate non imponente neceſſitatem peccati; preſertim ſi ex alio capite iſta voluntas appareat ſatis efficax, vt infra explicabitur. Saluatur quoq; ex hac doctrina quomodo fuerit impoſitū

Chri-

Chriſto aliquatenus præceptum, quamuis magis propriè vocari debeat *mandatum* vt loquũtur ſcripturæ; nã vt ait S. Thom. d. quæſt. 104. art. 1. in corp. *mouere per rationem, & voluntatem eſt præcipere,* ergo ad præceptum ſaltem in aliqua cõgrua ſignificatione non requiritur obligatio rigoroſa, ſed tantũ prædicta motio: & art. 2. ait *voluntas ſuperioris quomodocunq; innoteſcat, eſt quoddam tacitum præceptum, & tantò videtur obedientia promptior, quantum expreſſum præceptum obediendo præuenit, voluntate tamen ſuperioris intellecta.* Vbi procul dubio loquitur de præcepto nondum obligante, quale ad perfectiſsimam obedientiã ſufficere dicit art. 5. cit.

Neq;

139 Neque per hoc confundimus tale præceptũ cum conſilio. Conſilium enim vel eſt voluntas Superioris manifeſtantis illam non qua ſuperior eſt, ſed perinde ac ſi eſſet priuatus, vel certè eſt voluntas ex ſuo modo tendēdi tenuis, & parum efficax, dum ſcilicet ſuperior non vult adhibere media efficaciora ad obtinendũ id quod ſuadet. At quando aliquid proponitur à ſuperiore quatenus ſuperior eſt, & ita proponitur vt imponatur moralis neceſsitas ſubdito id exequendi, quamuis non ex motiuo timoris, ſed amoris & honeſtatis, iam ſuperior adhibet medium valde efficacius ad id obtinendum, quàm adhibeat erga ſubditos peccabiles, dum il-

illis iniungit præceptum comminatorium: & ex alia parte non poteſt adhibere medium efficacius ad obtinēdam a tali ſubdito impeccabili non ſolum actionem ipſam materialem, ſed illam vt laudabilem, & meritoriā. Ergo ſi ſubditus conformetur huic voluntati ſuperioris, habet perfectiſſimā honeſtatem *obedientiæ*.

140 Quod ſi dicas: adhuc magis meritorium eſt operari ex voto, quam non ex voto, quia votum aufert libertatem licitam oppoſiti, ergo dum auferimus Christo præceptum reddens illicitum oppoſitum ūtique auferimus illi aliquod fundamentum meriti. Reſpōdetur, etiam magis meritorium eſſe nobis operari ex fide obſcura,

ſcura, quam ſi haberemus cognitionem claram, & operari cum reſiſtentia partis inferioris quàm ſine illa; quæ tamen rationes meriti cum aliundè dicant imperfectionem; non fuerunt in Christo, ſed abundè in eo compenſabantur ex magnitudine caritatis &c. Ita etiam operari ſine libertate licita ad oppoſitum, & ex timore indignationis diuinæ, eſt aliquod fundamentum meriti, & ideo reddit laudabiliorē actionem factam ex voto, ſed includit imperfectionem inconuenientem filio Dei naturali.

141 Ideò probabile eſt Chriſtum & Beatos non habere neceſsitatem phyſicam (ſed ſolum moralem) ad optimum cum indifferentia tantùm ad

æqua-

æqualia. tum quia difficilè ſaluatur quomodo hæc neceſsitas in creatura componatur cum aliquo merito: tum quia certe imminueret valde meritum atque adeo in creaturis melius eſt eam non habere, maximè quia redderet eas incapaces mandati libere, & cum merito obſeruabilis; quandoquidem mandatum ſemper dicit eſſentialiter magis placere id Superiori, quàm oppoſitum. Quod ſi obijcias; melius eſt eſſe incapacẽ, quàm capacem imperfectionis moralis. Reſpondeo *imperfectionem moralem* poſſe accipi dupliciter. Primo propriè quatenus impedit aliquem gradum charitatis habitualis, atque adeo reddit ſubiectum minus aptum ad ſuum vltimum finem,

in ordine ad quem deſumitur rei perfectio, vel imperfectio. Et in hoc ſenſu fateor bonam eſſe incapacitatem imperfectionis moralis, quæ imperfectio in eo ſenſu non poteſt, ne phyſicè quidem eſſe in Christo & Beatis, vt potè non potentibus iam creſcere, vel decreſcere in caritate, & in coniunctione cum vltimo fine. *Secundò imperfectio moralis* poteſt accipi minus propriè, quatenus ſignificat carentiam alicuius melioris operationis poſsibilis, & in hac acceptione nego meliorem eſſe incapacitatē, quā capacitatem phyſicam imperfectionis moralis in ijs agentibus quæ ſunt capacia imperfectionis phyſicæ, & non poſſunt habere perfectionem moralem infinitam;

cuiuſ-

cuiuſmodi ſunt omnia agentia creata; nam ex vna parte nihil maculatur anima ex eo, quod defectus illius vlterioris perfectionis ſit liber; quando illa vlterior perfectio non eſt debita per vllam legem; ex alia parte melius eſt habere libertatem ad illum defectum perfectionis moralis poſsibilis ad hoc, vt detur capacitas ad perfectionem maiorē, & magis meritoriam, quæ reſultat ex libera electione obiecti melioris, & ex actu obedientiæ liberæ. Quare in ſolo Deo bona eſt incapacitas prædictæ impropriæ imperfectionis moralis, vtpote qui aliunde eſt capax perfectionis infinitæ.

142 Quod ſi dicas, pertinere ad perfectiſsimā amicitiam

ea-

eadem velle, & eadem nolle in omnibus, ac proinde incompoſsibilem eſſe cum amicitia perfecta indifferentiā ad nolendum id quòd placet magis alteri amico, hoc eſt Deo; reſpōdemus, duplicem dari amicitiam; aliam quidem in actu primo, aliam in actu ſecundo: vtique ad hanc vltimam ſpectat placere amico perfectiſsimè in omnibus, & hanc habēt de facto (ſed abſque neceſsitate vt infra) erga Deum Beati, & Chriſtus: ad illam primam vero, quam illi habent neceſſariò cū Deo (quippe antecedenter ad omne præſens exercitium propriæ voluntatis) pertinet phyſica neceſsitas non diſplicendi, imo placendi amico, non autem placendi per-

perfectiſsimè in omnibus atq; adeò habendi cũ illo ſperfectiſſimã amicitiã in actu ſecũdo, ſed tantũ includit ad hoc vltimũ neceſsitatem moralem.

143 Et ratio eſt, quoniam amicitia in actu primo quantumuis perfecta, dicit duo. Alterum eſt impoſsibilitas non habendi mutuum amorem, & concordiam in actu ſecundo: alterum eſt inclinatio ſumma, quæ haberi poteſt, ad amorem, perfectiſsimum. Hic autem amor perfectiſsimus reſultat ex eo, quod alter liberè velit amico ſummè placere: ergo ſi amicitia perfectiſsima in actu primo inferret nõ tantum moralẽ; ſed phyſicam neceſsitatẽ ad eligendũ quod alteri ſummè placet in actu ſecũdo, vtiq; eſſet

eſſet radix minoris amoris quàm ſit is qui poteſt dari inter eos, inter quos non intercedit hæc neceſsitas ſumma. Et per conſequens non eſſet perfectiſsima amicitia in actu primo; non enim eſſet compoſsibilis cum amicitia perfectiſsima in actu ſecundo.

## CAPVT IX.

*De motiuo quod habuit* Deus *ad Incarnationem, vbi de ordine diuinorum decretorum.*

144 NOn potuit Deus vnico decreto executiuo vello ſimul & permiſsionē peccati, & Incarnationem in remediū ipſius. Nullū enim decretum Dei poteſt eſſe tale vt habeat à priori eſſentialem connexionem cum peccato

cato

cato; maximè quia ſi Deus vellet permiſsionem peccati propter Incarnationem Redemptoris, vt Redemptoris, efficaciter volitam, deberet etiã velle efficaciter ipſum peccatum. Qui enim vult medium remotum propter aliquem finem ad quem illud medium non conducit niſi per medium proximum, debet velle etiã ipsũ mediũ proximũ vtpote ſine quo mediũ illud remotũ eſſet inutile. Sed permiſſio peccati eſt mediũ remotũ, & non conducẽs ad finem Incarnationis niſi mediante ipſo peccato, quod eſt medium proximum: ergo non poteſt Deus velle efficaciter permiſſionem peccati propter Incarnationem eſſicaciter volitam,

quin

quin cum eadem efficacia velit ipſum peccatum. Sicuti nō poteſt quis velle efficaciter cōducere equum, vt petat Neapolim, quin cū eadē efficacia velit conſcendere ipſum equū, vtpote quod eſt medium proximum ad iter, & ſine quo conductio equi eſſet inutilis.

145 Neque etiam potuit Deus velle Incarnationem ad reparationem peccati ſub conditione, *ſi forte per ſcientiam mediam vidiſſet quòd peccatum in talibus circumſtantijs eſſet futurum, ſed quoniam non conueniebat opus adeò perfectum eſſe quidmerè occaſionarum; ideò decreuiſſe in eo priori Incarnationem etiam independenter à peccato conditionate futuro*: vt aliqui philoſophantur

tur ſcientia media qualis ponitur ab autoribus quos impugnamus, eſt independens ab omni decreto diuinæ libertatis, ac proinde non poteſt à Deo haberi in poſteriori ſigno ad vllum ſuum decretũ; cum enim Deus operetur cum perfectiſsima ratione voluntarij, debet in quolibet actu ſuæ voluntatis operari cum pręſcientia omnium illarum veritatũ, quæ non dependent ab illo ipſo actu voluntatis diuinæ.

146 Rurſus contra eãdem ſentẽtiá eſt, quia vt alibi oſtendimus Deus non poteſt velle aliquid tanquam medium determinatè vtile ad aliquem finem, quin re ipſa per tale medium cõſequatur illum finem, alioquin poſſet in eodẽ inſtãti

quamuis pro diuerſis ſignis & amare, & contemnere illā eādem vtilitatem: ergo hoc ipſo quod voluiſſet Incarnationem determinare tanquam medium vtile pro redemptione peccati poſſibilis, non potuiſſet peccatum non ſequi.

147 Probabilius eſt non ſolum aduētum Chriſti in *hunc* mundum, vt aliqui docent, ſed ipſam ſubſtantiam Incarnationis decretam eſſe à Deo propter redemptionem peccati tanquam propter motiuum neceſſarium ad hoc numero decretum. Non enim Patres videntur diſtinguere *Incarnationē* ab *Aduentu* ſub iſta ratione, ſed quatenus *Aduentus* eſt ſolemnitas quædam, in qua Eccleſia celebrat vel tempus

pro

proximum Incarnationi, vel expectationem veterum Patrum de Incarnatione. Imo in ſymbolo Niceno prius commemoratur deſcenſus de Cęlis tanquam ex termino à quo, quam Incarnatio tanquam terminus ad quem.

148 Accedit aliquos Patres tam apertè pronunciare Verbũ non fore incarnandum niſi præceſiſſet peccatum, vt hanc aduerſariorum explicationem non recipiant, & ſecũdum eos alij ſint exponendi. Ita Iren. adu. hæres. cap. 14. *Si enim nõ haberet caro ſaluari, nequaquam Verbum Dei caro factum eſſet*. Cyrill. dial. 5. de Trin. ante medium: *Sciat quod humanitatis crimina illi diuinitatis gloriæ occaſio fuerint*. At-

han. ſerm. 3. con. Arr. *Neceſſitas indigentia hominum interim eſt, qua ſublata carnem non induiſſet*. Accedit optima ratio S. Thomæ: quòd ſcilicet de iis, quæ pendebant ex diuina libertate, nihil aliud ſcire poſſumus, quã id ꝙ ipſe Deus nobis reuelauit. Cum ergo in Scripturis nullum aliud explicetur motiuũ Incarnationis quam peccatorum redemptio, non debemus aliud motiuum finale comminiſci.

149 Neque obſtat, perfectiſſimum Dei opus non debuiſſe eſſe quid occaſionatũ; atque adeo dependens ab euẽtu peccati humani. Reſpondemus enim id verificari niſi illud perfectiſſimum opus ſit eſſentialiter occaſionatum, & in-

indecernibile independenter ab aliqua occaſione quam Deus non poterat intendere. Porro opus Dei perfectiſſimũ nõ fuit Incarnatio quomodocumque, ſed Incarnatio ad finem redimendi per mortem ſuos inimicos. Nam *miſericordiæ eius ſuper omnia opera eius*. Nullum autem opus miſericordiæ maius quàm iſtud. At qui hoc opus non erat decernibile niſi dependenter à peccato, hoc eſt ab occaſione non volibili efficaciter à Deo. Et ideo non diſconuenit perfectiſſimum Dei opus fuiſſe quid occaſionatum, ſed potius per hoc patet, arcanum illud, quomodo cum ſumma bonitate Dei conueniat poſſibilitas peccati in creaturis, niſi enim pec-

catum eſſet poſſibile, eſſet etiã impoſſibile Deo perfectiſſimũ exercitium ſuæ bonitatis.

150 Neque item valet, hinc ſequi minus fuiſſe amatum à Deo Chriſtum, quàm nos; quandoquidem ordinauit Incarnationẽ Chriſti ad ſalutem noſtram tanquam ad vnicum motiuum finale; Cum tamen potius in Tridentino dicatur cauſam finalem noſtræ iuſtificationis eſſe gloriam Chriſti. Hoc enim argumentum peccat in multis. Primo in eo quòd ſupponit ex noſtra ſententia ſequi finem Incarnationis fuiſſe ſolam ſalutem hominum diſtinctorum à Chriſto; cum tamen re ipſa ex noſtra ſententia ſequatur eiuſmodi finem fuiſſe ſalutem omnium prædeſtina-

ſtinatorũ, & præcipuè illorum qui sũt prædeſtinati ad maiorẽ gloriã, atq; adeò qui sũt à Deo prædilecti. Sed ipſe Chriſtus eſt prædeſtinatus ad gloriam improportionabiliter maiorẽ, quam omnes electi ſimul; ergo ſecundùm noſtram doctrinam præcipuus finis Incarnationis eſt ipſa gloria Chriſti.

151 Secundo etiam peccat in eo quòd non diſtinguit Incarnationem vt ſic ab Incarnatione in hac numero natura ex. g. Pontifex vult creare Cardinales vt expleat numerum ſacri Senatus, ac proinde creatio Cardinaliũ vt ſic non fit gratia illorum qui creãtur: ſed tamen quoniam æquè expleretur numerus cooptando hos, vel illos; ideo quod hi

determinatè cooptentur, ſit gratia ipſorum; & fere æſtimatur tanquam præmium, & beneficium perinde ac ſi tota illa electio non haberet aliud motiuum. Sic ergo aſſumptio huius numero naturæ eſt facta adæquatè in bonum Chriſti; quandoquidem genus humanum ſaluari potuiſſet per aſſumptionẽ cuiuslibet alterius indiuidui. Quod ſpectat ad Tridentinum, fatemur iuſtificationem noſtrã ordinari ad gloriã, quæ inde reſultat Chriſto; ſed hoc non tollit quin Incarnatio partialiter ordinetur ad noſtrã iuſtificationem & ſalutem, nam Incarnatio, & gloria accidẽtalis Chriſti ſunt res diuerſæ: quare prima poteſt ordinari ad aliquid quod

ordi-

ordinetur ad ſecundam.

152 Cenſemus tamen Deũ habuiſſe voluntatem quãdam conditionatam, mere ſpeculatiuam, per quã ei placuerit Incarnatio etiam ſub conditione non cõmiſſi peccati. Cum enim Deus cognoſcat omnes veritates conditionales contingentes, vtique hanc cognitionem circa ea, quæ non dependẽt à voluntate creata, poteſt habere dependenter ab aliqua voluntate propria.

153 Non tamen habet has volitiones, vt aliqui exiſtimãt in priori ſigno, antequam videat num illæ circumſtantiæ ſint euenturæ. Hoc enim neque eſt neceſſarium, neque relinqueret Deo libertatẽ formalem ad vllũ ferè actũ abſo-

lutum, neque propterea ad il-
lum actum quo exaudit no-
ſtras preces iam exiſtentes, aut
quo nobis largitur aliquam
gratiam. Eiuſmodi enim actus
Dei in talibus circumſtãtijs ſe-
querẽtur neceſſario ex decreto
cõditionato præcedenti, & per
cõſequẽs nullã laudẽ, aut gra-
tiarũ actionẽ mererẽtur. Sed ha-
bet iſtas volitiones poſteriores
natura ad viſionẽ de negatio-
ne huiuſmodi circumſtantia-
rum. Hinc eſt eiuſmodi voli-
tiones eſſe merè ſpeculatiuas,
hoc eſt, non operatiuas. Sup-
ponunt enim eſſentialiter ne-
gationem illius conditionis,
quæ eſſet requiſita ad hoc vt
operarentur. Nec ideò tamen
ſunt ſuperfluæ: ſiquidem red-
dunt Deum laudabilem in
amo-

amore huius, vel illius obiecti poſſibilis.

154. His ſuppoſitis videtur congruere vt Deus circa Incarnationē habeat voluntatem, qua illam approbet, atq; amet etiam in caſu cōditionato non commiſſi peccati: quoniam ſic ex vna parte ſaluatur, Verbū ex vi præſentis decreti non fuiſſe incarnandum niſi in redemptionem humani generis, ac proinde veras eſſe locutiones Patrum, quòd ſi Adā non peccaſſet Verbum non fuiſſet incarnatum, intelligendo hoc reſpectu cauſarum, quæ hìc, & nunc exiſtebant, ſicuti ſolet dici: *niſi fuiſſet tuus Pater, tu non eßes natus*; quia ſcilicet hìc & nunc non erat alia cauſa cur ille naſceretur; quamuis ſit

probabile quod Deus feciſſet il-
lum producturus dependenter
ab alio patre, ſi hic defuiſſet. Ex
alia parte per hoc ſaluamus,
quomodo Chriſtus videat in
Deo ſummam dilectionem er-
ga ſe ipſum, per quam in nul-
lo caſu poſſibili reprobauit
eius exiſtentiam, ſed pro quali-
bet poſſibili circũſtãtia prætu-
lit illũ Angelis Adę & omnibus
alijs creaturis: item ſaluamus
quomodo Chriſtus ne ſpecula-
tiuè quidem neceſſe habuerit
gaudere de peccato Adæ & de
noſtris malis, quod videtur per-
tinere ad maiorem charitatẽ
Chriſti erga nos. vidit
enim æquè ſe futu-
rum Deum,
etiam
Adamo non peccante.

CA.

## CAPVT X.

*De vnione hypoſtatica. Quomodo in Christo ſit vna perſona & duplex natura: vbi multa de cōceptu* naturæ ſubſtantiæ, Perſonæ. *De diſtinctione & vnionis ab extremis, & multa de* modis.

155 PEr vnionem hypoſtaticā ita factum eſt vnum per ſe ex humanitate Christi, & perſonæ Verbi, vt neque fuerint duæ perſonæ, neq; vna tantum natura. Non quidem fuerunt duæ perſonæ vt volebat Neſtorius, quoniam illa vnio fuit ſubſtantialis; hoc eſt per quam vna ſubſtantia communicauit ſuum eſſe ſub-

ſtantiale alteri ſubſtantiæ: Porro conceptus rudis ſubſtantiæ vt alibi diximus, deſumitur ab illa cognitione experimentali, quam habemus de noſtro indiuiduo. Et quemadmodum in eo experimur duo prædicata, hoc eſt; *noſtras operationes eſſe in nobis, & non è conuerſo*; Item *illas eſſe bona noſtra, & non è conuerſo*; ita nomine *ſubſtantiæ* intelligimus id quod habet alterum ex prædictis prædicatis, ſcilicet vel quod ſit *fundamentum, cui aliæ res innitũtur* (ſicuti eſt materia prima) vel ſit id, *quod dominetur in toto ſuppoſito; & cuius bono cætera ſeruiant* cuiuſmodi eſt forma ſubſtantialis. Notio autem *accidentis* deſumitur per analogiam ad illas affectiones, quas

ex-

experimur in nobis, & quæ carent vtroque prædicato prædicto. Ideo ſæpè Ariſtoteles & cum eo S. Thomas præſertim, 3. p. q. 11. art. 5. ad tertium, ait *ens*, & *bonum* prædicari ſimpliciter de ſola ſubſtantia, & ſecundum quid de accidente: *non quia*, inquit, *ipſum habeat eſſe & bonitatẽ, ſed quia eius ſubiectum eſt ens, & bonum.*

156 Hæc eſt ratio cur gratia habitualis, quamuis non emanet ex aliqua radice antecedenti, & quamuis ſit principium nouarum operationum, & quidem nobiliſſimarũ, non tamen ſit ſubſtantia; quia ſcilicet eſt in nobis, & operatur in bonum ſui ſubiecti, non in bonum ſuum: E contrario anima eſt ſubſtantia, quoniam ita eſt

in

in corpore, vt corpus ſit inſtitutum in bonum animæ, & nõ è conuerſo. Id vero, per quod vna ſubſtantia communicat ſuum eſſe alteri ſubſtantiæ, vel per quod ab ea ſeparatur, vocatur *ſubſtantiale* analogicè; eſt enim id quo ſubſtantia completur, & conſtituitur in ſuo vltimo eſſe, vel ſiſtendo in ſe, vel accipiẽdo perfectionem ab alia ſubſtantia. Et ideo tam vnio, quam ſeparatio, hoc eſt ſubſiſtentia, (de qua infra) eſt aliquid ſubſtantiale, *vt quo*, ſcilicet pertinens formaliter ad conſtitutionem entis ſubſtantialis. Cæterum cum neq; id ſit primum fundamentum, cui cætera innituntur, ſed potius id alijs innitatur, neque ſit id in cuius bonũ cætera fiãt à

natura, valde accedit ad rationem accidentis; & ideo poteſt eſſe quid ſupernaturale, quod de nulla propria ſubſtantia verificatur vt oſtendimus in *lib. de Gratia*.

157 Cum ergo perſona ſit *naturæ rationalis indiuidua ſubſtantia*, hoc eſt ſit *totum ſubſtantiale rationale*, hòc ipſò quod Verbum eſt intrinſecè vnitum humanitati, ſequitur nō eſſe ibi duas perſonas, creatam, ſcilicet, & increatam: nō enim eſt perſona id quod non eſt totū ſubſtātiale, ſed perficitur intrinſecè ab alia aliqua ſubſtantia. Itē ſequitur nō reſultare in eo compoſito aliquā perſonam nouam, ſed totum illud compoſitum ſubſiſtere in perſona Verbi: Nam Verbum

bum; vtpote ens infinitè perfe-
ctum, non recipit aliquam no-
uam perfectionem, & aliquod
nouum eſſe intrinſecum ab
vnione cum humanitate,
neque illud compoſitum eſt
aliquid perfectius quam ſolum
Verbum, quare id quod com-
plet Verbum in eſſe Verbi eſt
illud idem quod complet totā
perfectionem illius compoſiti:
Propter quam rationem ne-
gat S. Thomas, Verbum ibi
eſſe *partem*. Cum ergo Verbū
in eo compoſito ſit *totum*, nil
mirum ſi Verbum eſt *vnica*
perſona illius compoſiti. Hinc
verò ſequntur duo, Alterum
eſt, ſolum ſuppoſitū diuinum
poſſe aſſumere ſibi alienam
naturam: Nam omne aliud
ens, vtpote finitum, conſtitue-
ret

ret cum illa natura ſibi vnita aliquod compoſitũ perfectius ſe, adeoquenon ſubſiſteret in propria perfectione, ſed euaderet pars alicuius tertij quod eſſet integrum ſuppoſitum. Alterum eſt, ſolam naturam diuinam poſſe ſubſiſtere in pluribus ſuppoſitis; nam omnis natura finita faceret quid perfectius cum tribus, quàm cum vno, ac proinde non ſubſiſteret in vno ſed in complexo ex tribus.

158 Ex alia parte remanſerunt in Chriſto duæ naturæ integræ, neque reſultauit tertia natura, vt viſum eſt Euticheti. Idque ſeu natura ſumatur tanquam principium intrinſecum operationum, ſeu ſumatur tanquam ſpecies, &

vl-

vltimus finis naturæ, quam vtrãque acceptionem agnouit S. Thom. 3. p. q. 2. art. 1. in corp. ratus in hac quæſtione nomen *naturæ* accipi in poſtremo ſenſu. Porro ſunt in Chriſto duo integra principia operationum: quamuis enim incedentur operationes *theandricæ*, quæ non poſſunt prouenire niſi ab homine Deo, hæ tamen non proueniunt ab intrinſeco a cunctis componentibus quæ ſunt in illo toto: neq; perficiunt cuncta ea quæ conſtituũt illud totũ; ſed afficiunt & perficiũ intrinſecè ſolã naturã creatã, & ſic illa ſola habet rationẽ naturę reſpectu illarum, vtpote quæ ſola per eas mouetur: operationes autem diuinæ & increatæ non ſunt

id,

id per quod operatur ab intrinſeco natura creata, neq; sũt aliquid ordinatum in bonum ipſius, ac proinde reſpectu illarum ſola diuinitas eſt natura. Quo circa eadem ratio quæ probat in Chriſto non reſultaſſe nouam perſonã diſtinctam a perſona Verbi, ſi attentè conſideretur, probat etiam in eo non reſultaſſe tertiam naturam.

159 Item ſi nomen *naturæ* accipiatur in altero ſenſu, hoc eſt vt ſignificans ſpeciem & vltimũ finẽ intentũ naturæ cętera ad illud ordinantis, non fuit in Chriſto tertia natura, ſi quidem natura diuina eſt ens infinitè perfectum in ſe, atque adeo non poteſt eſſe medium ab aliqua Natura ordinatum ad conſtituendum

ali-

aliquod aliud totum : ergo ex vnione inter Deum, & humanitatem non reſultat aliqua ſpecies tertia intenta à Natura per iſtās duas res componentes illud totum. Explicatur magis hæc ratio, quia in omni ſpecie ſubſtantiali debet aſſignari aliquid in cuius bonum intrinſecum cætera ſint ordinata, & ex quo illa ſpecies deſumat ſuam vnitatem tanquam à forma ſeu recepta, ſeu inrecepta: at in Chriſto, neque diuinitas eſt ordinata ad bonum intrinſecum humanitatis neque humanitas ad bonum intrinſecum Diuinitatis.

160 Obijci poteſt Verbum non eſſe vnum per ſe nam *per ſe* ſignificat *ex intentione naturæ*: ſed natura non intendit illud totum, quippe quod eſt

ſupra

ſupra Naturā. Nego tamē ſequelam, & ad probationem diſtinguo aſſumptum: Vnum per ſe eſt vnum ex intentione naturæ, hoc eſt non infra intētionem naturæ, nec ſpretum a natura; concedo; hoc eſt non ſupra intentionem naturę, nego: Si quidem natura ideò non intendit illud compoſitum ineffabile, non quia non æſtimet illud gratia ſui plusquam æſtimet alios effectus ſubſtantiales naturales, qua ratione dicitur non intendere ea quæ ſunt vnum per accidens, ſed quia adeò eſtimat vt cenſeat illud ſibi nec eſſe debitum, nec poſſibile. Cæterum ex ſuppoſitione quod poſſit illud habere, amat illud gratia ſui, & multò plus amat, quam ſuppoſi-

tum pure creatum, quod reſultaret in humanitate Chriſti.

161 Queri poteſt: Cur Deus per ſuam ſubſiſtentiam poteſt facere humanitatē ſubſiſtentē, & non poteſt per ſuam vbicationem, vel durationem facere illam vbicatam, vel durantem, & ſic de alijs effectibus formalibus? Vt hanc moleſtā difficultatem diſſoluamus aduertendum eſt tria eſſe genera entiū: Quædā ſunt meræ perfectiones alterius; huiuſmodi sūt accidentia, quę sūt entis entia, & vel habent perficere, vagè hoc, aut illud cui indifferenter poſsūt vniri, & vocātur *res*, vel habent perficere determinatè certa indiuidua, & vocātur *modi*: Alia entia ſunt perfectiones

ſui ſimul, & alterius, & huiuſmodi ſunt formæ ſubſtantiales, quæ ordinantur quidem ad perficiendum aliquod ſubiectum, ſed non ſubſeruiunt ſuo ſubiecto vt accidentia, quin ex ſubiecto recipiũt perfectionem propriam, ad quam ordinantur: & ideò ab Ariſtotele dicuntur eſſe in alio *tanquam pars*. ſunt enim pars *entis completi* primò intenti à natura. Hæc duo genera entiũ, hòc ipſo quod ſunt intrinſecè in alio, communicant illi ſuam perfectionem, & denominationem; nam ad hoc ipſum ſunt inſtituta. Tertiũ genus entis eſt quod habet eſſe vnice gratia ſui, & non ordinatur ad perficiendum aliud: huiuſmodi ſunt ſubſtãtiæ ſim-

plices completæ, vt Angelus, & Deus. Sed cum hoc diſcrimine inter vtrumque, quòd Angelus non eſt ſua perfectio in actu ſecundo, ſed perficitur per accidentia diſtincta; Deus verò vtpote nullius diſtincti indigus, eſt per ſe formaliter omnis perfectio ſua.

162 His poſitis ad dubitationem reſpondemus, in hoc differre vbicationem Dei, (idẽ dico de duratione, cognitione &c.) ab vbicatione creata, quòd vbicatio Dei exiſtit in bonum ſui, atque adeò habet ex ſua eſsẽtia vbicare ſe ipſam, & non aliud ens cui adueniat, quare, quantumuis vniatur alteri, non tribuit illi hunc effectum formalẽ. At formæ ſeu accidentales ſeu ſubſtantiales

incōpletæ exiſtūt vel in bonū alterius vt primæ, vel in ordine ad conſtituendum aliquod totum melius ſe ſolis, vt ſecundæ: ideò non poſſunt eſſe in aliquo ſubiecto quin tribuant ei illam perfectionem. Hinc habes cur vbicatio Dei non conſtituat Chriſtū in loco &c. quod ſi faceret æquè infinita perfectio neceſſaria Dei deberet cōſtituere Chriſtum *ens infinitè perfectū neceſſario*, quod implicat in terminis.

163 Reliquum eſt explicare alteram partem quæſtionis, cur nempè ſubſiſtentia Dei vnita faciat humanitatem *ſubſiſtentem*. Dico igitur, de ratione vnionis intrinſecè aliquod ſubiectum afficientis eſſe, illud aliquo modo perfice-

re per id cui vnit tale ſubiectũ: hic enim eſt primus conceptus vnionis: & ideo Deus eſt actus purus, & non capax recipiendi intrinſecè vnionem, quia non poteſt ab alio perfici. Igitur impoſſibile eſt, Deum vniri intrinſecè creaturæ quin perficiat formaliter creaturã: non quidem dando illi hanc vel illam denominationem peculiarem v. g. *vbicati cognoſcentis* &c. nam ſi daret vnam ex his daret etiam alias, cum non ſit maior ratio vnius, quã alterius, adeoque faceret *Deum per eſſentiam*, hoc eſt, *ens habens omnes perfectiones*. Nullam ergo talem denominationem dat, quoniam entitas Dei non eſt duratio, vbicatio, aut cognitio alterius, ſed ſui ipſius:

dat

dat ergo tantū hunc effectum formalem; qui eſt, *eſſe vnitum intrinſecè Deo infinitè perfecto*: & quoniā in ratione perfectionis ſubſtantialis in actu primo, & contingenter communicatæ hæc perfectio eſt infinita, vtique non poteſt augeri; & ideo creatura *ſubſiſtit* in ea perfectione. Nihil ergo mirum ſi recipiat a Deo vnito effectum formalem *ſubſiſtentis*.

164 Dices: ergo ſi natura diuina vniretur humanę immediatè, hæc ſubſiſteret per illam ex eadē ratione. Negatur tamē ſequela; nā quicq̃d ſit an caſus ſit poſſibilis cū ipſa natura diuina nō ſubſiſtat ꝑ ſe ipſam, ſed per ſubſiſtētiam virtualiter diſtinctam, non poſſet natura creata ſiſtere in ipſa na-

tura diuina, ſed ſubſiſteret per eas ſubſiſtentias in quibus ſubſiſtit ipſa diuinitas, hoc eſt in tribus perſonis. Quod ſi vrgeas quare ergo poteſt filiatio diuina vnita naturæ creatæ dare homini denominatioẽ *filij?* æquè enim Dei filiatio eſt ex natura ſua filiatio entis ſecum identificati, non autem diſtincti, ſicut duratio Dei vbicatio Dei &c. Reſpondemus hanc denominationem *filij* haberi in Chriſto dupliciter, primo ex communicatione idiomatum, de qua infra, & de hac non eſt difficultas, nam eodẽ modo poteſt vocari *æternus infinitus* &c. per communicationem idiomatum, ac proinde recipere omnes denominationes quæ conueniunt

Deo.

Deo. Alio modo conuenit Chriſto quatenus homini hæc denominatio & hoc ſecundo modo vt bene notat Vaſquez. ca non habetur a filiatione Dei quatenus filiatio Dei eſt, ſed ab ente diuino qualicunq; intrinſecè vnito, quippè quod facit, ens creatũ rationale cui vnitur, *filium naturalem Dei*. Nam *filius naturalis* eſt is qui non per gratiam accidentalẽ ſed ratione ſuæ ſubſtantiæ habet ius ad patrimonium alterius à quo procedit: Ens autẽ diuinum vnitum creaturæ rationali dat ei ius ſubſtantiale ad hæreditatem Dei, & ideò Chriſtus Math. 3. fuit vocatus filius à tota Trinitatè ſecundũ expoſitionẽ Hadriani Pontif. in ep. ad Epiſc. Gallecię & Hiſp.

licet aliqui Patres probabiliter etiam explicent illum locum Math. de Chriſto quatenus Deo. Et eodem modo vocaretur *filius* Dei ſubſiſtens in Patre vel in Spiritu Sancto: De facto tamen non dicitur Chriſtus *filius Verbi*, niſi cum hoc addito, *quatenus homo*, ne alioquin hæ voces ſumantur in ſenſu erroneo. Cæterum ſi conueniret Chriſto vt homini denominatio *filij* quatenus ſpecialiter ſubſiſtit in ſecunda perſona, vtique conueniret illi etiam vt homini, denominatio *ſpiratoris*, atque adeò poſſet, dici: *Chriſtus vt homo ſpirat Spiritum Sanctum*.

165 Vnio hypoſtatica eſt aliquid præter exiſtentiam Verbi, & exiſtentiam humani-

tatis.

tatis: Hoc patet ex eo quod poterat exiſtere vtrumq; quin exiſteret vnio, & tamen non poteſt aliquid exiſtere quin exiſtat id cum quo ipſum adæquate idẽtificatur alioquin idem exiſteret, & non exiſteret: hoc argumentum, quod euincit etiã in Philoſophia vbicationem, durationem, actionem. & vnionem eſſe aliquid diſtinctum ſaltem logicè à pura entitate rei, quæ ab illis denominatur; nõ tamen probat, hoc diſtinctum eſſe quid potius intrinſecũ, quam extrinſecum, potius præſens, quam præteritum: neque probat non dari aliquam ſimplicem entitatem, in qua identificentur omnia hæc prædicata, ita vt, ex. g. diuerſa duratio enti-

tatiuè ſit illa, quæ ſimul eſt eſſentialiter vnio, ac illa quæ nõ eſt vnio &c. Per hoc enim ſemper ſaluaretur illud principiũ, quòd diuerſa denominatio dicat aliquid diuerſum ex parte obiecti.

166 Aſſerimus tamen, vnionem hypoſtaticam eſſe aliquid intrinſecum humanitati. & diſtinctum nemine cogitante à cæteris modis: Intrinſecum quidem, quia illam perficit; & quia nos eamdem notionem habemus *vnionis*, & *intrinſeci*, ſcilicet per experientiam noſtrorum actuum, quos experimur eſſe in nobis, vt alibi dictum eſt. Rurſus eſt aliquid diſtinctum à cæteris modis propter illa argumenta, per quæ probauimus tũ in lib.

*de*

*de actibus humanis*; tum in *lib. de fide*, Naturam non identificare in vnica entitate illa prædicata ſubſtantiæ aduenientia quæ voluit poſſe inuicem ſeparari, ſed inſtituiſſe tot entitates quot ſunt illa prædicata quorum vnum mutatur immutatis cæteris. Exempli gratia quia voluit, ratione albedinis poſſe ſeparari à ratione dulcedinis non inſtituit ens quod ſimul eſſet albedo, & dulcedo, et quod totum corrumperetur in lactè quando lac aceſcit et ſuccederet aliud ens quod eſſet ſolum albedo; ſed inſtituit duas entitates quarum altera eſſet ſolum albedo, altera ſolum dulcedo.

167 Quod ſi obijcias: non ſunt multiplicanda entia ſine

neceſſitate, et Natura nõ facit per plura quod poteſt per pauciora? Aduertendũ eſt in hiſce fatis plurimum æquiuocationis inuolui: natura enim intendit ſubſtantias gratia ipſarum, et accidentia (vel modos ſubſtantiales, qui in hoc aſſimilãtur accidentibus) propter ſubſtantias tanquam propter finem intrinſecum, et immediatum; ſubſtantias verò irrationales propter rationales, quæ ſolæ ſunt amabiles amore beneuolẽtiæ, tamquam propter finem extrinſecum, et mediatũ: in ſubſtantijs ergo Natura quærit quantum perfectionis poteſt ex vi cauſarum quæ ſunt in hoc ordine rerum; quia hoc ipſum eſt bonum ipſarum ſubſtãtiarum

rũ quas amat propter ipſas. At in accidẽtibus ſeparat potius perfectiones quantum poteſt commodè; quia hoc ipſum eſt bonum ſubſtantiæ in cuius gratiam accidentia producũtur; ne ſcilicet vno accidente amiſſo tota perfectio deperdatur; ſicut eſt bonũ diuitis habere theſaurum in multis monetis, & non in vna tantum, qua amiſſa fieret mendicus.

168 Præter quàm quod, ſæpè vſus vnius perfectionis poteſt, ſaltem per accidens, repugnare cum vſu alterius perfectionis, ac proinde melius eſt, ne forte tales vſus mutuò impediantur, quod huiuſmodi perfectiones ſint realiter diſtinctæ. Et ita Ariſtoteles primo poli. ait proueniſſe ex pauper-

pertate fabri delphici, ꝙ eodē ferro vteretur ad plures vſus; Naturam verò quæ non habet inopiam inſtrumentorum, ſolere vnum vni applicare; quoniam id aptius eſt ad bene operandum. Quare ſtatutis ſemel perfectionibus quas Natura voluit eſſe in ſubſtantia per accidentia, aut per *modos* ſubſtantiales ab ipſa ſubſtantia principali diſtinctos, potius diſtinxit illas perfectiones quantum potuit in plures entitates: vt in prædictis locis conſideraui.

169. Supradicta ergo axiomata non ſunt vera in ſenſu, in quo obijciũtur, ſed in alio longè diuerſo, ſcilicet illud primũ ſignificat, Naturã numquam producere aliquod ex illis

enti-

entibus, quæ ſunt bona ſolũ vt media, niſi id neceſſarium ſit ad totum illud bonum quod ipſa intendit vt finẽ: hoc enim ſpectat ad prudentiam ipſius naturæ operantis. Illud verò ſecundum axioma ſignificat, ſi Natura per vnã ſimplicem aut breuiorem operationem potest conſequi finem ſuum, non adhibere plures, & lõgiores: & ideò operatur per lineã rectam vti ſimpliciſſimam, & breuiſſimam.

170 Neque hæc vnio eſt aliqua terminatio æterna intrinſeca Verbo, per quam Verbum reſpiciat humanitatem Chriſti, & cuius loco eſſet in Verbo alia terminatio ſeparatiua ſi Verbum nollet aſſumere humanitatẽ, vt aliqui philo

ſo-

ſophantur, rati proinde in ſingulis perſonis diuinis eſſe eiuſmodi terminationes ſeparatiuas ab omnibus ſuppoſitis poſſibilibus, cū quibus de facto nō vniūtur. Nā cōtra hanc doctrinam primo eſt, autoritas S. Th. qui 3. p. q. 2. art. 7. apertè ait hanc vnionem eſſe, quid creatum non exiſtens realiter in Deo, ſed in natura humana: Contra eſt ſecundò quia ex contraria ſententia ſequeretur Chriſtum non eſſe terminum omnipotentiæ diuinæ: nam id quod adderet Chriſtus ſupra meram naturam humanam, eſſet aliquid planè increatum, & ſic non proueniens ab omnipotentia. Tertio quia ſequeretur, aliquid eſſe in Patre quod non eſt in filio præter
hoc

hoc quod, eſt *eſſe Patrem*, cõtra id quod habetur ex Euangel. Ioannis; *omnia mea tua ſunt, & tua mea*: Ex quo infert Conc. Flor. ſpirationem actiuam eſſe etiam in filio. At ſententia, quam impugnamus, ponit in Patre terminationem ſeparatiuam ab humanitate Chriſti, quæ terminatio non eſt in filio neq; cõmunicatur Filio. Id vero nouũ eſt in Theol. & eneruaret argumenta contra Grecos. Denique ſequetur, aliquod prædicatum Dei intrinſecum eſſe eſſentialiter & formaliter perfectionem creaturæ; atque adeo eſſe aliquid ordinatũ ad creaturam, tanquam ad finẽ *cui*. Nam illa terminatio ſe ipſa eſsẽtialiter perficeret creaturam, & totum ſuum eſſe, ſeu

exi-

exiſtentiale, ſeu denominatiuum vtcumque loqui libeat, haberet in ordine ad hūc effectum formalem.

## CAPVT XI.

*An per vnionem hypoſtaticam Natura humana Chriſti caruerit aliquo poſitiuo, vbi de ſubſiſtentia creata, de Negationibus, & de Relationibus & de præciſione obiectiua.*

171 ASſerimus primò ex eo quod Concilia definiuerint nō manſiſſe in Chriſto ſubſiſtentiā creatā, minimè inferri eam addere ſupra naturā aliquid poſitiuū, quaſi alioquin definitio illa eſſet nugatoria. Cōcilia enim tantummodo intendunt ſtatuere,

tuere, vnionem illam eſſe ſubſtantialem, & huiuſmodi per quam humanitas Chriſti non remaneat aliquid *totum*, ſicut remanet Energumenus non obſtante vnione cum Dęmone inhabitante, & ſicut remanet Cęlum non obſtante vnione cum Intelligentia. Per has enim vniones non perficitur ſubſtantialiter vel homo, vel Cælum, nec eorum operationes euadunt veræ operationes Dæmonis, aut intelligentiæ. Hoc ergo definierunt Cōcilia contra Neſtorium. Et quidem nomine *ſubſiſtentiæ* apud veteres non intelligebatur illud vltimum, per quod Natura ſubſiſtit in ſe, ſicuti apud Recentiores, ſed intelligebatur ipſum totum ſubſtantiale, vt

benè

benè obſeruat Vaſq. Quare Concilia negando in Chriſto ſubſiſtentiam creatam, negarunt dumtaxat *totum ſubſtantiale creatum*. An vero ly *totum* diceret ſupra partes ipſum eſſe *totius* diſtinctum à partibus vnitis, vel potius diceret aliquem modum ſubſtantialem quē Recentiores vocant *ſubſiſtentiam*, vel diceret ſolam negationem, erat quæſtio metaphyſica nihil pertinēs ad myſteria fidei, & ad intentū Conciliorum.

172 Cæterum S. Thomas 3. par. q. 33. art. 3. & q. 4. art. 1. ad 3. ſupponit, hypoſtaſim addere aliquid poſitiuum ſupra Naturam, dum ex hoc infert non fuiſſe conueniens vt Deus aſſumeret aut Naturam angeli-

gelicam, aut humanã præexi-
ſtentem, ne ſcilicet Naturæ au-
ferret aliquid ꝙ antea habebat.
Sed hæc opinio S. Tho. videtur
fundari in altera ex duabus
ſententijs merè philoſophicis,
quæ apud Recentiores extra
ſcholam D. Thomæ non ſunt
valde communes. Altera eſt il-
la plurium Peripateticorum,
quòd totum habeat aliquod
eſſe diſtinctum à partibus vni-
tis, & quòd eiuſmodi eſſe ſit
principium operationum quę
proueniunt à toto. Ex quo
colligit S. Doctor. q. 6. de mi-
raculis art. 3. in corp. Intelli-
gentias non eſſe cauſas com-
poſitorum materialium, quo-
niam illud quod in his produ-
citur, nõ eſt forma, ſed compo-
ſitum ex Ariſtotele; & ideo, in-
quit,

quit, cauſa compoſiti debet eſ-ſe compoſita, & non forma ſimplex, ſicut eſt Intelligentia.

173 Altera ſententia eſt, exiſtentiam diſtingui ex natura rei ab eſſentia, illamque vnicam eſſe in vnico ente ſubſtantiali quamuis compoſito. Hinc infert 3. p. q. 17. art. 2. Chriſtũ habere *duo eſſe* ſecundum naturas, vnum autem ſecundum hypoſtaſim, atque adeo ſimpliciter agnoſcit in Chriſto vnum eſſe, quoniam naturæ competit eſſe tantum, vt *quo*, hypoſtaſi autẽ vt quod. Contrariam doctrinam inſinuat q. 1. de vnione verbi Incarnati art. 4. vbi ait *eſſe* propriè dici de ſuppoſito ſubſiſtente, de accidentibus verò dici ſecundum quid, ideo

in Chriſto dari duo *eſſe*, alterum primarium, per quod perſona diuina ſubſtantificatur ſimpliciter, & hoc eſt *eſſe naturæ diuinæ*; alterū ſecundarium, per quod perſona diuina accipit *eſſe hominem*, quod *eſſe* ex vna parte non eſt accidentale; quia homo nō prædicatur accidētaliter de filio Dei: ex alia parte nō eſt *eſſe principale* perſonæ diuinæ, quia illa non eſt aliquo mòdo augmentata, ſeu perfectior per naturam aſſumptam: Ibi ergo ratus dari plures exiſtentias in Chriſto, videtur in ipſo negaſſe ex eo capite hypoſtaſim creatam, quia *hypoſtaſis* eſt aliquod *eſſe totale* in genere ſubſtantiæ. Id enim indicat ſupra art. 3. præcedenti ad 14. vbi ait, non eſſe veram

hanc

hanc propoſitionem *homo eſt humanitas*, quia *homini multa accidunt præter eſſentiam ſpeciei nam humanitas dicitur qua aliquis eſt homo, & ſic in ſua ſignificatione includit ſola ea, quæ pertinent ad eſſentiam ſpeciei. homo autem dicitur qui habet humanitatem, in quo etiam multa ſunt alia præter eſſentiam ſpeciei*. Putauit ergo D. Thom. *Humanitatem* eſſe id quod preciſè requiritur ad conſtituendam ſpeciem humanam, *hominem* verò addere etiam alias partes ſubſtantiales quæ integra humanitate deficere poſſunt, ex. g. manus, oculos &c. Et in hoc diſtinguit naturas cõpoſitas à ſimplicibus, quod in his nomen ſubſtantiuũ non importat in recto niſi ipſam na-

naturam in ſe manentem, in illis verò importat illud totũ conflatum ex natura & cæteris partibus ſubſtantialibus pertinentibus ad *eſſe perſonæ*.

174 Vel ergo S. Th. exiſtimauit eſſe in Chriſto duplicem exiſtentiam, ſed vnicum eſſe perſonale, quod docuit prædicto loco in *quæſtionibus diſputatis*; & per *eſſe perſonale* intellexit ipſam *totalitatem* prout diſtinguitur à partibus; quæ tamen in Chriſto non eſt aliquid aliud quam ipſa totalitas, & ſubſiſtentia Verbi vt ſupra explicatum eſt; vel reuocauit illam ſententiam 3.p.d.q. 17. art. 2. vt contendit ibi Caiet. adeoque poſuit in Chriſto vnam tantum exiſtentiam, quia putauit in

omni ente per ſe nõ eſſe niſi exiſtentiam vnicam, quæ det *eſſe ſimpliciter*, cęteras verò exiſtentias aduenientes dare *eſſe ſecundum quid*, & facere vnum per accidens cum eo cui aduenìunt. De reliquo S. Doctor non poſuit ſubſiſtentiam diſtinctam & ab exiſtentia, & à totalitate. Quocirca qui negant diſtinctionem totius à partibus collectiuè ſumptis, & exiſtentiæ ab eſſentia nõ ſentiunt cum S. Thoma ponendo aliquam ſubſiſtentiam cõtradiſtinctam, quæ ſit ſubſtantiale complementum ipſius naturæ.

175 Neque eiuſmodi ſubſiſtentia modalis abſoluta & ſuperaddita cæteris partibus ſubſtãtialibus poteſt eſſe vtilis

ad

ad cõmunicationem idioma-
tum, quaſi hæc ſubſiſtentia
diſtincta importetur in recto
in nominibus ſubſtantiuis; &
quoniam eſt vnica in Chriſto,
ideò poſſit in eo vnum nomẽ
ſubſtantiuum ex.g. *homo* affir-
mari de alio ſubſtantiuo, cu-
iuſmodi eſt *Deus*: Nam contra
hanc recentiorum doctrinam
eſt, quoniam certè hoc nomẽ
*homo* non importat in nobis
tanquam rectum illum modũ
ſubſiſtentiæ, quem iſti defen-
dunt: alioquin eſſet vera hæc
propoſitio: *homo eſt modus: ho-
mo non conſtat ex anima, & cor
pore, &c.* hæc enim omnia
verificarentur de illa ſubſiſtẽ-
tia diſtincta ſi hæc datur.

176 Verius ergo eſt hoc
nomen *homo*, & cætera ſub-

ſtantiua importare in recto illud *eſſe totale* , *quod continet humanitatem*. Porrò hoc *eſſe totale* in nobis includit etiam ipſam humanitatem , & per eam conſtituitur, & perficitur. At illud *eſſe totale*, quod eſt in Chriſto , poteſt accipi dupliciter ; Primò prout eſt purũ *eſſe diuinum* contradiſtinctum ab ipſa humanitate, & prout tale habet totam perfectionem illius compoſiti conſtantis ex Verbo & humanitate, & ſecundum hanc acceptionem vera eſt hæc propoſitio *homo eſt Deus : homo eſt increatus* &c. Nam illud ens totale habet verè omnia iſta prædicata. Secundo modo hoc nomen *homo* poteſt accipi in Chriſto vt includens non ſolũ

Ver-

Verbum, ſed etiam humanitatem intrinſecè; & ſecundũ hoc *eſſe totale compoſitum*, verificatur: *hic homo eſt creatus eſt paſſibilis*, &c. quia verè illud compoſitum in vna ſui parte eſt terminus creationis, & paſſionis.

177 Et in Deo quidem *ſubſiſtentia* eſt illud totũ, quod reſultat ex natura & ex proprietatibus perſonalibus: quæ omnes in Deo ſunt ſubſtãtiales: hæc enim acceptio *ſubſiſtentiæ diuinæ* traditur ab Epiphanio Diacono in 7. ſynodo Act. 6. vbi etiam ait: ſubſiſtentiam eſſe *naturam non indigentem alia re vt ſubſiſtat* hoc eſt, naturam cum omnibus alijs perfectionibus ſubſtãtialibus. Quibus perfectionibus ſubſi-

ſtentia diuina nihil addit niſi aliquid ratione diſtinctũ; cuiuſmodi eſt conceptus *perſonalitatis* reſpectu *paternitatis*. At in nobis, quorum eſſe ſubſtantiale finitũ poteſt intrinsecè perfici per infinitam perfectionem Dei, ſubſiſtentia addit aliquid realiter ſeparabile à cæteris perfectionibus ſubſtantialibus.

178 Hoc ſeparabile an ſit pura negatio contradiſtincta ab omni extrinſeco, & ab omni ente poſitiuo, eſt quæſtio merè philoſophica pendens à ſententijs quas habet vnusquiſquè ſuper negationibus, & relationibus. Nos quidem ſatis probabile putamus nullam dari negationem, quæ habeat veritatem contradiſtin-

ſtinctam ab omni ente & ab omni vero poſitiuo. Nam omnis *veritas* eſt *vna*, & eſt *bona* vt pote vel increata, & ſic optima, vel creata, & ſic bona vt potè amabilis à cauſa libera, à qua producitur. Et proinde talis negatio nihil deficit à proprio conceptu *entis*, niſi vel quatenus inter duo oppoſita id quod eſt imperfectius adeoq. minus habet entitatis, vocatur aliquando ab Ariſtotele *priuatio*, & non *ens*, veluti frigus reſpectu caloris, & nigredo reſpectu albedinis. vel etiam quatenus idem obiectum prout formaliter collatiuum alicuius perfectionis concipitur ſub ratione poſitiua entis, prout verò formaliter excluſiuū perfectionis op-

oppoſitæ concipitur vt verificans propoſitionem negatiuam, atque adeò vt *negatio*.

179 Cæterum Primò videtur incõueniens ſufficientiæ diuinæ, ponere in Deo neceſſitatem diſiunctiuam ad aliqua obiecta extrinſeca, & diſtincta à ſuis volitionibus qualem neceſſitatem haberet, ſi negatio contradictoriè oppoſita homini eſſet aliquid extrinſecum Deo, & diſtinctum à decreto excludente exiſtentiam hominis. Secundo non videtur eiuſmodi negatio vllo modo neceſſaria, cum omnia ſaluari poſſint per eiuſmodi diuina decreta abſquè eo quod ponãtur noua iſta genera obiectorum æterna & ab æterno fluen-

fluentia (quales eſſent negationes durationum poſſibiliũ ante productionem mundi) & cum alijs prædicatis incredibilibus.

180 Maior difficultas eſt; an ſaltem eiuſmodi negationes verè ſint in ſubiectis carentibus aliqua forma poſſibili, vt v. g. in aere, qui careat luce. *Si* enim dicamus cum quibuſdam Recentioribus, & tenebras, & omnia alia, quæ à nobis explicantur nomine negatiuo, eſſe aliquam peculiarem formam abſolutã poſitiuam, inhęrentem ſubiectis & ea perficientẽ, videmur nimis recedere à communi cõceptu & Philoſophorum, & hominum. Neq. ex alia parte habemus vllum argumentum

validum huius ſententiæ; quādoquidem vix apparet quem alium vſum & quam aliam perfectionem haberent eiuſmodi entia poſitiua præter id quod inueniretur in puris negationibus hoc eſt, *eſſe formale excluſiuum oppoſiti.* Et cum iſtæ negationes non ſint inuētæ à Natura ad perficiendum ſubiectum, ſed potius ſint aliquid neceſſariò reſultans ex imbecillitate Naturæ non potentis amplius perficere idem ſubiectum, non apparet cur debeant habere aliquam perfectionem poſitiuam per ſe intentam à Natura vt illi recentiores contendunt. Accedit quod ſi S. Thomas exiſtimans ſubſiſtentiam eſſe perfectionem poſitiuam naturæ, puta-

putauit abſurdũ, aſſumi naturã præexiſtentẽ, ne priuaretur aliqua perfectione, quã habebat, non minus putaret abſurdũ per infuſionẽ gratiæ, & donorũ ſupernaturalium priuari nos aliqua perfectione intrinſeca pręcedẽti, quæ in iſta ſententia, quã impugnamus, eiuſmodi donis eſſet oppoſita.

181. Ex alia parte cum iſtæ priuationes ſæpè ſint malæ, & odibiles formaliter nobis, videtur duriuſculum eas identificare cum ſola cauſa determinatè excluſiua formæ oppoſitæ, quæ cauſa ſæpè nil aliud eſt, quam decretum Dei. Illud enim non videtur poſſe eſſe alicui malũ, & odibile formaliter ratione ſui, ſed tãtũ effectiue, & ratione



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eorum, quæ producit. Adde quod eiuſmodi decreta ſunt, nobis extrinſeca, & tamen videtur tam *bonum* quã *malum* debere eſſe aliquid nobis intrinſecum: & ſic non ſolum formæ, ſed priuationes debent nobis inhærere. Maximè quia eſt communis ſententia, peccatum habituale eſſe priuationem gratiæ, quod tamen vnicuique ineſſe docet Tridentinum: quæ verba non ſunt abſque neceſſitate impropriè, & metaphoricè ſumenda.

182 Probabile ergo exiſtimamus, eiuſmodi priuationes nil aliud eſſe, quam relationes quaſdam ſubiecto inhærentes, quarum terminus ſit cauſa determinatè impeditiua illius formæ qua ſubiectũ

priua-

priuatur. Porrò relationes quas vocant *prædicamentales* generatim eſſe aliquid cõtradiſtinctum à duplici abſoluto multa ſuadent: Primò quidẽ communis authoritas Ariſtotelis, & veterum Philoſophorum, qui, dum poſuerunt relationes, & impugnarunt inter veteres Zenonẽ, inter Recentiores Ochamum, qui eas negarũt, vtiq. aliquid plus voluerunt dari quã duo abſoluta cõparabilia à nobis per intellectum; hoc enim nemo ſanæ mentis inficiabatur. Secũdò idem ſuadet ratio metaphyſica. Poſſunt enim perfectiſſimè, & comprehenſiuè, ſaltem diuinitus à nobis concipi per duas cognitiones abſolutas duæ entitates v. g. duæ dura-

tiones quin intellectus certificetur de illarum coexiſtentia, ergo hæc eſt prædicatum reale diſtinctũ ab entitate vtriuſque, vt potè non cognitum comprehenſa entitate vtriuſque.

183 Et quidem hoc prædicatum videtur eſſe aliquid indiuiſibile, vt pote nõ *cognoſcibile* per duas cognitiones, ſed per vnam tantùm; ergò non poteſt identificari cum duplici ente. Neque illa veritas, quæ attingitur per talem cognitionem comparatiuam, benè explicaretur per ſolum diuerſum modum tendendi, quomodo explicatur claritas, vel firmitas cognitionis. Probatur, nam per has non dicimur cognoſcere *aliud*, ſed aliter.

*ter*. At quando cognoſcimus *coexiſtentiam*, *ſimilitudinem*, &c. dicimur cognoſcere *aliud* & ſcire id, quod neſciebamus antea. Id autem ſemper importat aliquam diuerſitatem obiectiuam vel in re quam affirmamus; vel in obiecto motiuo, per quod illam cognoſcimus: vt v. g. dicimur aliud ſcire, dum affirmamus Deum eſſe ſapientem, ac dum affirmamus eum eſſe potentem, quia in primo caſu cōcipimus illū per ænigma ſapiētis creati; & in ſecundo caſu per enigma potentis creati. quæ ſunt diuerſa obiecta motiua realiter diſtincta. In quo etiam caſu ſi res attentè cōſideretur, affirmatur aliquid diuerſum realiter; nam quando affirmo

ex-

ex. g. Deũ eſſe ſapientem, affirmo ſub diſiunctione confuſa aliquid, cui eſt applicabile illud vniuerſale *ſapiens* conceptum à me per ænigma ſapientiæ creatæ: & quamuis dicerem *Deus habet ſapientiam infinitam*, nihilominus, cum *ſapientia infinita* non ſit vnus cõceptus ſimplex, & *proprius*, ſed abſtractiuus, & compoſitus ex duplici conceptu generico, proinde per hanc prædicationem prædicarem de illo indeterminatè aliquid cõtentum ſub hoc conceptu vniuerſali *ſapientia*, addendo tamen illi aliud prædicatum cõtentum ſub hoc cõceptu vniuerſali *infinitum*. At quando dico *Deus eſt omnipotens*, affirmo de Deo aliquid indeterminatè,

natè, cui conueniat conceptus vniuerſalis *potentiæ*: & illud, quodcumque, ſit affirmo de Deo vniuerſaliter in ordine ad *omnia*. Et quoniam illi duo conceptus vniuerſales *ſapientia & potentia* habent diuerſa obiecta realia; ideo dicor per illos affirmare de Deo aliquid diuersũ. Quod non contingeret ſi ego haberem cognitionem propriam infinitæ ſapientiæ, & infinitæ potentiæ; tunc enim non poſſem affirmare dẽ Deo vnum ſine alio, quippè quæ re ipſa ſunt idem. Sed hæc breuiter indicamus tanquam nõ neceſſaria ad rem noſtram. Cæterum nec fieri poteſt nec intelligi, vt habeantur duæ cognitiones, quarum altera

cer-

certificet de aliquo prædicato de quonō certificat altera, & tamē ſint imagines, & affirmationes eorūdē planè obiectorū realium. Et id multò euidentius patet in comprehenſione.

184 Inſuper videtur notum lumine naturæ, nos reddi meliores, vel deteriores ex coexiſtentia vel poſterioritate cum aliquibus alijs obiectis. ex.g. perfectior eſt qui habet cognitionem veram de re preſenti, vel præterita; item qui benè operatus eſt; quàm qui caret denominatione prouenīete ex eiuſmodi rebus extrinſecis, vel pręteritis. At omnis vera perfectio debet eſſe adæquatè intrinſeca. Ergo hęc denominatio relatiua, quæ dicitur *coexiſtentia*, vel

*po-*

*poſterioritas*, eſt aliquid nobis intrinſecum adæquatè, & nõ partialiter identificatum cum aliquo abſoluto extrinſeco.

185 Accedit, per eiuſmodi relationes optimè diſtingui ex parte obiecti affirmationes vel volitiones diſiunctiuas à collectiuis, & conditionatas ab abſolutis, quæ in contraria ſententia non poſſunt diſtingui, niſi per diuerſum modũ tendendi, quod eſt contra cõmunem conceptum hominũ. Quoties enim affirmamus aliquid diſiunctiuè, negamus relationẽ coexiſtẽtię inter negationẽ vtriuſq. partis. (Quomodo autẽ id verificetur quando dicimus ex. g. *Petrus vel eſt, vel non eſt*, nõ pertinet ad hũc locũ) Itẽ quãdo affirmamus ali-

quid conditionatè, negamus coexiſtentiam inter conditionem, & negationem obiecti conditionati, non negata exiſtētia ipſius cōditionis. Rurſus in hac ſententia benè intelligitur quid ſit pulchritudo, quæ placet per complacentiã diuerſam ab ea quam habemus circa partes: deniq; quid ſignificet ex parte obiecti particula *&*.

186 Non obſtat primò, poſitis duobus abſolutis neceſſariò reſultare relationem, atque adeò videri ſuperuacaneũ quidquam ſuperaddere: quamuis enim ſeparabilitas ſit argumentum euidens diſtinctionis, non tamen è conuerſo inſeparabilitas eſt argumentum identitatis; alioquin

cauſa neceſſaria vt potè inſeparabilis à ſuo effectu , eſſet identificata cum effectu.

187 Non obſtat ſecundò, ex hac ſententia ſequi vel actionem in diſtans, vel certè, cauſas naturales ab aliqua cõditione determinari ad effectum diſtantem, quod perindè repugnat experientiæ, & bono Vniuerſi, ac ſi daretur actio physica in diſtans. Reſpondetur enim primo: ſi non datur vacuum in natura, nullam ſequi ex hac ſententia poſitionem effectus diſtantis abſque ſimili effectu in ſpatio intermedio: Relatio enim vnica quæ reſultat, eſt coexiſtentia & hæc producitur in omnibus rebus intermedijs, & accipit denominationem *ſimilitudi-*

*nis*

*nis, diſſimilitudinis, paternitatis, filiationis*, &c. pro varietate terminorum. Quod ſi Deus miraculosè poneret vacuum, hoc ipſo ſe obligaret ad nouũ miraculum in caſu, in quo vellet aliquid aliud efficere, hoc eſt ad producendum aliquid ex vi conditionis diſtantis. Præterea eadem obiectio ſoluitur quia tum experientiæ, tum rationes à priori excludunt tantùm illas actiones dependenter à conditione diſtanti, quæ ſunt ſenſibiles, & poſſunt nocere vel prodeſſe in ordine ad conſeruationem, & alias operationes. Cuiuſmodi nõ eſt actio productiua relationis, vt potè quæ non eſt ens ſenſibile, aut cognoſcibile niſi quando cognoſcũtur extra-

traque extrema, neque corruptiuum, aut productiuum vllius alterius entis; & ideò illa actio productiua relationis, quatenus talis non eſt primariò intenta à natura, & propterea ad illam nō dari motū per ſe, obſeruauit Ariſtoteles 14.metaph.c.1. & ob ſimilem rationem quod ſcilicet repugnantia actionis pendentis à conditione diſtāti debeat habere locum tantummodò in actione ſenſibili, & potēti nocere, hæc repugnantia non officit aut locutioni Angelicæ, aut noſtræ erga Angelos.

188 Tertiò non obſtat ex hac ſententia ſequi proceſſum in infinitum cum etiam duæ relationes coexiſtant in

ter ſe, & ſic per aliam coexiſtentiam ſi relatio coexiſtentię diſtinguitur à terminis, hoc enim argumentum facilè ſoluitur ex duobus principijs: alterum eſt, demonſtrari à Mathematicis combinationes rerum finitarum eſſe tantum finitas; alterum eſt, Deum nõ poſſe impedire relationem ſi vult vtrumque terminum, quia ſecundùm principia Diui Thomæ non poteſt velle plura vt plura, ſed plura quatenus faciunt quid vnum, & quid pulchrũ per relationem. Hoc vltimo poſito paternitas, & filiatio ex. g. inter Petrum, & Franciſcum non coexiſtũt per relationem diſtinctam, quoniam non poteſt dari hæc paternitas ſine hac filiatione, neque

neque è contrario, ac proinde coexiſtūt eſſentialiter ſe ipſis.
184 Ex prædicta doctrina nō ſolū cōſideranti patebit quomodo nō ſequatur proceſſus in infinitū, ſed etiam quid reſpōdeat ex parte obiecti cōceptibus numeralibus, de quo multa diximus *lib.3 .aſſ rtione* 269 *& ſeq.* nā *duo* ex.g. dicit conceptū relationis coexiſtentiæ inter vnū abſolutū, & aliud, *tria* dicit conceptum coexiſtentiæ, reflexæ inter vnū & inter ſupradictā relationē coexiſtentię quæ eſt in duobus: & ſic deinceps. Et ideo benè Ariſt. 5. metaph. c. 14. dixit *ſex* nō eſſe *bis tria*, ſed ſemel *ſex*. nam iſte cōceptus *ſex* non repræſentat pro formali relationem quam habet vnum ternariū ad aliud

ternarium, ſed relationes mutuas inter quinarium, & vnū; licèt non ſit neceſſarium eas diſtinctè concipere quoties ſenarium vtcumque concipimus ſed tantum vbi concipimus illum diſtinctè, & ideo nemo poteſt habere conceptū diſtinctiſsimū vllius numeri, niſi cognoſcat diſtinctè ſingulos numeros inferiores vſque ad vnitatem; quia omnes iſti conceptus includuntur ordinatim in conceptu diſtincto immediati numeri maioris.

185 Item colligitur, non ſolùm dari relationem ad terminum exiſtentem, ſed etiam ad præteritum; quoniam hæc pariter eſt aliqua denominatio relatiua realis in qua militant omnia argumēta ſupra con-

congeſta. Non ita datur relatio realis ad futurum; nihil enim creatū naturale eſt connexum eſſentialiter cum re futura. Et ideo benè Ariſtot. negauit determinatam veritatem, hoc eſt exiſtentem, in propoſitionibus de futuro cōtingenti. &c.

186 Et quamuis Deus habeat nunc ſcientiam de omnibus futuris, cui ſcientiæ coexiſtunt noſtræ cognitiones; tamen cenſemus argumenta, quæ probant relationem coexiſtentiæ eſſe quid contradiſtinctum ab extremis, non probare dari duas relationes in duobus extremis: eſſe quidem ponendam relationem peculiarem in vnoquoq. extemo, quando non eſt maior

ratio vnius, qnam alterius; at ſi aliquid obſtat, ſufficere relationem intrinſecam in vno extremo, à quà alterum denominetur extrinſecè. Cuius rei aptum exemplnm petitur ab vnione, quippè quæ in reliquis cōpoſitis ponitur intrinſeca vtrique parti vnitæ, at in Chriſto ex peculiari ratione ponitur intrinſeca ſoli humanitati.

187 Hoc poſito probabilius eſt res creatas non habere relationem intrinſecā ad illos actus diuinos, qui reſpiciunt futurum, tum ne ſit aliquid naturaliter in creatura nunc quo poſito tollatur indifferentia futuri: tū etiam quia deberent iſtæ relationes eſſe infinitæ; quare putamus,

ſicut

ſicut decreta Dei non operantur quandocumque ſunt, ſed pro ea differentia temporis, quam reſpiciunt obiectiuè; ita tunc primò determinare relationem in creaturis ad ſe ipſa; anteà verò coexiſtentiam inter ipſa decreta, & creaturas eſſe denominationem extrinſecã à coexiſtentia inter prædicta decreta, & viſionem Dei de tali obiecto creato, quæ coexiſtentia debet pariter eſſe aliquid indiuiſibile, & relatiuum ſeu tertium, ſeu conſtitutum in altero eorum, quod eſſentialiter reflectat ſupra alterum. Quæ ſufficiat indicaſſe. Item denominatio *futuri* in Antichriſto ex.g. reſpectu huius tē-

poris non eſt aliqua relatio existens nunc ad Antichriſtũ (præſcindimus nunc à reuelatione Dei ſupernaturali, quæ habet eſſentialem ordinem ad Antichriſtum futurum) ſed eſt denominatio ab ipſa relatione quã habebit Antichriſtus reſpiciente hanc durationem nunc præſentem tanquã *præteritam* reſpectu ſui.

188 Indicata breuiter hac doctrina de negationibus, & relationibus, probabile eſt priuationes formarum poſſibiliũ in ſubiectis hoc eſt verificatiuũ formale propoſitionum quibus aliquam poſſibilem formam de ſubiectis negamus nil aliud eſſe vniuerſim, quàm relationem aliquam poſitiuã inhæ-

inhærentem ſubiectis,& reſpicientem id à quo vltimò ſubiectum determinatur ad cadendum tali forma. Quod determinatiuum ſi non eſt aliquid creatum, ſemper ſaltem eſt aliquod decretum Dei. Quod ſi obijcias, nos experiri negationes (ex.g. experior me nunc non videre Petrum) & tamen non experiri eiuſmodi relationes ad decreta diuina: Reſpondemus, procul dubio nos non experiri negationes in ſe ipſis concurrentibus ad cognitionem experimẽtalem ſui aut per ſe, aut per ſpecies proprias. ſicut experimur obiecta poſitiua: id namque neque affirmant, neque affirmare poſſunt illi qui eiuſmodi negationes admittunt, ſi enim


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

negatio non eſt ens, nō poteſt efficere in genere cauſæ obiectiuæ cognitionem, aut ſpeciē ſui: ſed debent aſſerere negationes eiuſmodi eſſe meras conditiones, quibus poſitis reſultet ipſa euidens cognitio negatiua recedens ab obiecto poſitiuo per modum fugæ. Dicimur ergo, nos experiri negationes, quando ſine vllo diſcurſu certificamur de veritate alicuius propoſitionis negatiuæ contingentis. Id autē accidit quoties cogitamus de illis obiectis quæ ſi exiſterent, haberent ex natura ſua cognoſci à nobis experimentaliter in ſe ipſis, cuiuſmodi sūt omnes noſtri actus intentionales. Hoc enim ipſo quòd hæc obiecta repræſentētur nobis per ſpe-

cies abſtractiuas dumtaxat, determinamur ad negandam certiſsimè illorum exiſtentiā; nō quia aliquid experiamur, ſed potius quia nihil experimur: intelligendo ly *quia* nō vt ſignificans motiuum, nam recurreret obiectio, ſed vt ſignificans conditionem.

189. Conſequenter ad ſupradicta principia aſſerimus, ſi exiſtentia non diſtinguitur ab eſſentia & ſi totalitas non eſt aliquid diſtinctum à partibus, ſubſiſtentiam nil aliud addere ſupra integritatem naturæ ſubſtantialis, quàm relationem ad diuinum decretum nolens vnire illam naturam cum alio ſuppoſito; quæ relatio eſt ſabſtantia vt *quo*, vt diximus de vnione; & cum ſit

aliquid poſitiuum poteſt eſſe
vltimum complementum en-
tis ſubſtãtialis multò rationa-
bilius, quàm ſi eſſet pura nega
tio. Illa enim relatio eſt ali-
qua perfectio licèt non ſit per-
fectio primariò intenta à na-
tura vt diximus, & ideo eſt ta-
li s vt ſi ponatur forma oppo-
ſita, non cenſeatur ſubiectum
priuari aliquo bono connatu-
rali, hoc eſt tali bono,
quod natura pri-
mariò inten-
dat illi ſub-
iecto.

# CAPVT VLTIMVM

## De Communicatione Idiomatum in Chriſto.

190 Conſtat ex fide, prædicata diuina poſſe attribui homini, & humana Deo. Et ratio eſt, quoniam prædicata, quæ conueniunt alicui naturæ tribuuntur illi ſuppoſito quod continet eiuſmodi naturam. Quia tamen eiuſmodi prædicationes poſſunt habere duplicem ſenſum alter eſt, quod conueniant illi ſuppoſito vtcumque; alter eſt quod ei conueniant ratione illius naturæ quæ explicatur

per tale nomen ex. g. per nomen *homo*, vel per nomen *Deus*, ideo adhibenda eſt illa regula, quæ generatim adhibetur in omnibus locutionibus æquiuocis, nimirum vt ſemper ſint veræ quando ſunt veræ in altero ſenſu vt pote quæ intelligi debent prolatæ in ſenſu vero, præterquam vbi ex circumſtantijs videntur determinari ad illũ ſenſum qui eſt falſus, vt latè diximus in *lib. de fide c.* 1. & 2. Ideo in Chriſto non eſt vſurpanda communicatio illorum idiomatũ quæ vel ex aliqua peculiari hæreſi, vel ex alio capite eſt ſuſpecta de ſenſu falſo, hoc eſt formali: & hanc doctrinam pulchrè tradit S. Thom. 3. parte quæſt. 16. art. 8. in corp. addens: *etiã*

*in*

*in rebus corporalibus, & humanis ea quæ in dubitationẽ venire poſſunt an cõueniãt toti vel parti, ſi inſint alicui parti, non attribuũtur toti ſimpliciter, idest ſine determinatione; non enim dicimus, quod Ethiops est albus, ſed quod est albus ſecundũ dẽtes. Dicimus autẽ abſq. determinatione, quòd est criſpus; quia hoc non potest ei cõuenire niſi ſecũdũ capillos.* Ex hac regula infertur poſſe dici. *Deus est mortuus*, nõ autẽ *Deus est mutatus*: licet enim *mori ſit mutari*; nemo tamẽ Hæreticus dixit Deũ eſſe mortuũ ſecũdũ diuinitatẽ ſicuti aliqui dixerũt ſecũdũ diuinitatẽ eſſe mutatum: & ideo prior propoſitio non poteſt accipi in ſenſu abſurdo, ſicut poſterior.

191 Præſcindendo ab hoc

periculo erroris, quæcumque nomina ſolent à nobis tribui ſuppoſito, ratione naturæ humanæ, vel diuinæ, poſſunt affirmari promiſcuè de Deo, & de homine, ſecundùm regulã S. Thomæ 3.p.q.3. art.6.ad 3. *quæcumque nomina* inquit *conueniunt naturæ, poſſunt prædicari de perſona ſubſiſtente in natura illa; cuiuſcumque naturæ nomine ſignificetur*. & ratio reddi poteſt quoniam in talibus prædicationibus, ſenſus eſt, ea prædicata conuenire formaliter vel toti, vel alicui parti (ſumimus hìc latius nomen partis) contentæ in eo ſuppoſito, quod eſt *homo* vel in eo ſuppoſito quod eſt *Deus*.

192 Minus propriè diceretur, Deum aſſumpſiſſe hominem,

minem, ideoq. Scholaſtici abſtinent ab hac locutione, quãuis familiari apud antiquos Patres. Idque ex duplici ratione, ſcilicet, primò propter prædictum erroris periculũ ex hæreſi Neſtoriana; ſecũdò quia *aſſumptio* eſt nomen relatiuũ ſupponens terminum præexiſtentem, ac proinde ſupponẽs *hominem* conſtitutum, in eſſe hominis, hoc eſt Perſonæ ante aſſumptionem, quod eſt falſum.

193 Poteſt addi tertia ratio in principijs noſtris, & S. Thomę; quoniam ſcilicet propriè loquendo humanitas cum cæteris partibus integralibus in homine puro eſt *homo*. At ea in Chriſto non eſt *homo*. Et ideo id quod Chriſtus aſ-

ſum-

ſumpſit, ne poſt aſſumptionē quidem eſt priopriè *homo*. Ratio diſcriminis deſumitur ex illo principio Ariſtotelis docentis, id eſſe aliquid, quod eſt præcipuum in illo, adeoque illud eſſe *hominem*, quod eſt præcipuum in homine. qua ratione magis propriè dicitur eſſe homo anima, quàm corpus, & magis propriè dicitur S. Petrus eſſe in Cælo, quam in ſepulcro. Ideo ait S. Thom. 3. par. q. 2. art. 2. ad 3 *non quodlibet indiuiduum in genere ſubſtantiæ etiam in rationali Natura habet rationem perſonæ, ſed ſolum illud, quod per ſe exiſtit, non autem quod exiſtit in alio perfectiori.* Sicut ergo manus ſeparata ab homine dicitur *corpus*; exiſtens

verò in homine, hoc eſt in aliquo perfectiori, non dicitur eſſe *corpus*, ſed eſſe *in corpore*; ita humanitas exiſtens ſeparata à Deo eſt *perſona*, & eſt *homo*; exiſtens autem in Deo, hoc eſt in ente ſubſtātiali perfectiori, neutram denominationem habet.

194 Propter hāc ipsā rationē non poteſt dici quod Chriſtus ſit duo viuentes, aut duo viuētia licet includat duas naaturas viuētes, quia ly *viuentes* vel *viuentia* eſt adiectiuum tacite ſubintelligēs aliquod ſubſtātiuum, hoc eſt *perſonæ*, vel *ſuppoſita*, vel *entia*, quæ ſimpliciter in Chriſto non ſunt duo. Et ratio à priori eſt, quoniam tunc aliquid non multiplicatur, quando non multiplica-

plicatur rectum, neque pars recti. Sed in Chriſto rectum ſignificatum per hæc nomina eſt ſemper vnicum, quia eſt illud perfectiſſimum quod continet cætera; Ergo.

195 Colligimus ex his, veram eſſe ſentẽtiam S. Thom. *tertia parte q.3. art. 7. ad 2.* ſi Verbũ aſſumeret duas humanitates, forè vnicum hominẽ, & non duos; eſſet enim vnicũ rectum. In Deo quidem multiplicantur nomina perſonalia, & non multiplicatur nomen naturale; dicuntur enim *tres perſonæ, & vnus Deus.* Cuius rei ratio eſt; quia cum in Deo omnia ſint ſubſtantialia, & infinita ac æquè principalia, illud importatur in recto ab aliquo nomine, cui primario,

rio & formaliter eſt impoſitum illud nomen: hoc autem nomen *Deus* primariò quidē, & formaliter ſignificat primā mentem ſcientem, & potentem omnia, optimam & radicem omnium bonorum, quæ prædicata primariò cōueniūt ſoli naturæ diuinæ. Ideo per hoc nomen *Deus* importatur in recto primariò quidem natura diuina. Idem verò nomen *Deus*, ratione huius primarij, ſignificati cōuenit omni ei quod cum illo identificatur quodque illud continet. Ideò ſecundariò per idem nomē ſignificatur omne illud totum, quod continet naturā diuinam & identificatur cum illa: ſed quamuis hæc tota multiplicenrur; tamen ſemper

dicun-

dicuntur eſſe *idem Deus*, quia ſemper habent hanc denominationem ab vno, & eodem, cui primariò & formaliter conuenit hoc nomen *Deus*, hoc eſt à natura diuina. Contra verò hoc nomen *perſona* dicit formaliter in recto *Totum illud perfectiſſimum, quod eſt in aliquo ente*. Et quoniã hoc totũ perfectiſſimũ in Deo includit tam naturã quã proprietates; ideo pars recti ſignificati per hoc nomen *perſona diuina* multiplicatur, ac proinde multipicantur realiter perſonæ; quoniã ad multiplicationẽ realẽ ſufficit negatio adæquatę identitatis inter recta.

196 Hæc idiomatum communicatio duas habet exceptiones. Altera eſt, vt non

fiat

fiat circa ea quæ habent in Deo diſtinctionem virtualem vt v. g. valet dicere: *Deus eſt Deitas*; non autem valet dicere: *homo eſt Deitas*. Et ratio eſt quoniam diſtinctio virtualis admittit realem diſcrepantiam in aliquo prædicato, vt ſupponimus ex materia de Deo. Altera eſt vt non fiat circa nomina partium ex. g. valet dicere: *homo partialiter eſt materia*, & non valet dicere: *Deus partialiter eſt materia*. Ratio eſt, quoniam nomina ſignificantia totum habent duplicem ſignificationem, quippe quę ſunt ſubſtituta noſtris cõceptibus aliquando diſtinctis aliquando cõfuſis; & ideo ad veritatem identificationis in illis nominibus ſufficit qualiſcum-

liſcumq; identitas in re principaliter importata per tales conceptus iuxta regulam ſupra poſitam quod propoſitio eſt vera ſimpliciter quando eſt ęquiuoca & eſt vera in vno ſenſu. At verò nomina partiũ ſunt ſubſtituta ſolis conceptibus diſtinctis, & ideo eorum prędicatio, vt verificetur, requirit identitatem formalẽ, & preſſam inter ſignificatum prædicati, & ſignificatum ſubiecti: & quoniam id quod formaliter & preſsè ſignificatur per hoc nomẽ *materia* eſt omnino contradiſtinctum à Deo, Ideo illa, prædicatio eſſet falſa.

*FINIS.*

| *Errata* | *Corrige.* |
|---|---|
| pag. 144. ver 1. in tit. formalis | formali |
| p. 252. v. 4. vtilibet | vtrilibet |
| p. 261. v. 19. pars | pan, vt |
| p. 263. v. 13. quem | quàm |
| p. 274. v. 11. tantam | tantum |
| p 284. v. 19. ſequetur | ſequeretur |
| p. v94. v. 22. falta | facta |
| p 299. v. 21. ſed | . Sed |
| p 300. v. 8. hac | hanc |
| p. 327. v. 5. creatura | creaturæ |
| p. 341. v 21. altera | alterum. |
| p. 348. v. 16. finite | Finitæ |
| p. 349. v. 5. eſſe | eſſet |
| p. 352. v. 11. in iniuctũ | iniunctum |
| p. 389 v. 12. quantum | quantò |
| p. 400. v. 20. pertinens | pertinentes |
| p. 436. v. 19. mandata | mandatum |
| p 461 v. 12. at qui | atqui |
| p. 491. v. 10 ratione | rationem |
| p. 497. v. 14. ſequetur | ſequeretur |
| p. 502. v 10. Chriſto | Chriſtum. |

# INDEX CAPITVM LIBRI QVARTI

## *De Iuſtitia, & Iure.*

---

### CAPVT I.

*DE multiplici Iuſtitia, & de generali ſignificatione huius nominis* p. 1

Cap. 2. *De eſſentia Iuſtitiæ Cõmutatiuæ, & de multiplici iure, hoc eſt proprietatis, & iuriſdictionis, itẽ primæuo, & orto ex alio*

iure . De rerum diuiſione; & de modis acquirendi ius : & de definitione iuſtitiæ, explicando ſingulas eius particulas. pag.16.
Cap.3. De violatione Iuſtitiæ, hoc eſt de Iniuria; quomodo inferatur infanti, impuberi, conſentienti, nõ dum natis : & de voluntate formali requiſita tum in ordine ad iuſtitiam, cum ad obedientiam. p.42
Cap.4. De obligatione requiſita ad exercitium Iuſtitiæ commutatiuæ : vbi quomodo, ſit actus iuſtitiæ anticipata ſolutio, non verò

rò iterata. pag. 52

Cap. 5. *De Aequalitate, quã intendit Iuſtitia commutatiua, vel Diſtributiua vel à principio, vel poſtea: vbi multa de regimine humano. Et an hæ iuſtitiæ ſint in Deo; & de earum diſcrimine.* p. 62.

Cap. 6. *De præcipuo actu iuſtitiæ commutatiuæ, hoc eſt de commutatione, & de præcipuo inſtrumento commutationis, hoc eſt de pecunia vbi latè de materia valore, & vtilitate pecuniæ, de humano commercio: & de malitia*

*litia Auaritiæ.* pag.84

Cap.7. *De reparatiuo Iuſtitiæ violatæ hoc eſt de reſtitutione. De multiplici capite vnde oritur obligatio reſtitutionis.* p.108.

Cap.8. *De cõmutatione rerum temporalium cũ ſpiritualibus.* pag.119.

Cap.9. *De prima menſura æqualitatis in commutationibus, hoc eſt de indigentia, vbi etiam de monopolijs.* pag.119

Cap. 10. *De diſcrimine cõpenſationis inter Iuſtitia & Gratitudinem: & an ex gratitudine pro beneficio*

*cio naturali poſſit rependi aliquid ſupernaturale.* pag. 137.

Cap. 11. *De iniuria formali attentata, & affectiua, & quomodo motiuum virtutis, tam in Iuſtitia, quàm in alijs virtutibus cadat ſub præceptum illius virtutis.* pag. 144.

Cap. 12. *An ius ad idem poſſit eſſe in duobus: & de multiplici diuiſione iuris: præſertim de reali, ac perſonali, & an ſint ſeparabilia.* pag. 156.

Cap. 13. De *præcipuo Iure, hoc eſt de Dominio. An domi-*

*dominium humanum poſſit cum iiſdem prædicatis verſari circa alias res, quam corporales.* pag. 166

Cap. 14. *De Poſſeſſione, & uſu ubi quomodo hic diſtinguatur à dominio in rebus quæ uſu conſumuntur; & an uſus facti ſit vendibilis.* pag. 180

Cap. 15. *De uſura: ubi an liceat accipere aliquid ultra ſortem ratione periculi intrinſeci vel extrinſeci; Cur uſura ſit inhoneſta iure uaturæ. De cenſibus, montibus pietatis, & locis montium.* pag. 195.

LI-

# LIBER
## QVINTVS
### De Incarnatione Diuini Verbi

### CAPVT I.

AN Incarnatio fuerit Deo ſimpliciter neceſſaria: vbi de libertate phyſica Dei in ordine ad omnia obiecta: vnde hæc oriatur, & an detur ex parte obiecti aliquid cognoſcibile; ſed Deo impoſſibile. pag. 242

Cap

Cap.2. *An Deus neceſſitetur moraliter ad Incarnationem, vel ad vllum aliud obiectum, vbi multa de neceſſitate morali & de maiori inclinatione quam Deus habet ad vnum obiectum quam ad oppoſitum.* pag. 282.

Cap.3. *An Incarnatio fuerit neceſſaria ad hoc vt pro peccato ſatisfieret de rigore Iuſtitiæ. Vbi multa de Iuſtitia commutatiua & an dentur veræ obligationes in Deo: & de præcepto numquam ſe occidendi.* pag. 294.

Cap. 4. *An Incarnatio fuerit neceſſaria, vt æqualiter ſatisfieret pro peccato, vbi an peccatum habeat malitiam infinitam, & an repugnet creatura infinitè perfecta vel ſimpliciter vel in aliquo genere.* pag. 327.

Cap. 5. *An pura creatura poſſit condignè ſatisfacere pro peccato, vel mortali, vel veniali, vel ſuo, vel alieno. Et an ſatisfactio Chriſti ſit cōdigna pro omnibus.*

Cap. 6. *De Infinitate Meritorum Chriſti.* pag. 389

Cap,

Cap. 7. *Quæ nam obiecta Chriſtus meruerit. Vbi præſertim quæritur de obiectis tempore, vel natura præcedentibus Incarnationem.* pag. 409.

Cap. 8. *An Chriſtus meruerit per actus pendentes à viſione beatifica, & an per obſeruantiam mandatorum: vbi qualis fuerit obedientia Chriſti & de illius impeccabilitate, vel neceſſitate ad optimum.* pag. 426.

Cap. 9. *De motiuo quod habuit Deus ad Incarnationem, vbi de ordine diui-*

*norum decretorum.* p.454.

Cap. 10. *De vnione hypoſtatica. Quomodo in Chriſto ſit vna perſona & duplex natura: vbi multa de conceptu* naturæ ſubſtantiæ Perſonæ. *De diſtinctione vnionis ab extremis, & multa de* modis. *pag.*469.

Cap. 11. *An per vnionem hypoſtaticam Natura humana Chriſti caruerit aliquo poſitiuo, vbi de ſubſiſtentia creata, de Negationibus, & de Relationibus & de præciſione obiectiua.* *pag.*498.

Cap.

CAPITVM

Cap. 12. *De Communicatione Idiomatum in Chriſto.* pag. 519.

# INDEX

## Rerum Notabilium

Quæ in ſuperioribus quinque Libris continentur Prior numerus Librum. poſterior. Aſſertionē deſignat.

## A

*Actio iuſta duplex alia poſitiuè, alia nègatiuè, & quæ nam ſint* .4.18. *actio, & factio ſæpè non diſtinguuntur niſi formaliter*. 3.81.
*Vide operatio.*
*Actus moralis in genere quid ſit, diuiditur in bonum, malum, & indifferentem, & hi explicantur*. 4.24. *Actus imperans reſpectu a-*

ctus imperati non habet prioritatem naturæ ſed tantum rationis. 1. 141. eſt inconiungibilis cum negatione actus imperati 1. 138. Actus imperatus eſt intrinſecè liber 1. 139. Actus elicitus cū ſufficienti deliberatione eſt vel bonus, vel malus. 1. 181. Actum bonum, aut malum diſiunctiuè ſuadere quando liceat. V. licitum. Actus bonus non oritur neceſſariò ex fide. 2. 33. præerequirit neceſſariò Gratiam. V. Gratia. Actus ſupernaturalis. V. Supernaturale. Actus diſtingui ex obiecto formali quid ſit. 2. 66. Actus boni naturalis conferunt ad gratiam. V. Gratia. Actus clarus, & ſimul alius obſcurus an repugnent. V. Iudicium. Actus fidei. V. fides. Qui nam actus intellectus ſubdantur voluntati. V. Voluntas. Actus bonus non poteſt plus mereri, quàm demereatur actus malus oppoſitus. 3. 125. Semideliberatio actus in quo conſiſtat. 3. 128.

128. *Omnis actus liber eſt deliberatus quoad aliquod prædicatũ.* 3.129. *Actus tamẽ malus poteſt aliquo modo eſſe ſemideliberatus, nõ verò actus bonus* 3.129. *actus fidei qui ſit ſimul & ſciẽtiæ repugnat.* 3. 158. *& etiã actus diſtincti fidei & ſcientiæ in eodẽ inſtãti.* 3.164. *Itẽ actus opinionis repugnat cum vtroque.* 3. 171. *In actibus præſertim intellectus, & voluntatis prædicata ex ſe diſtinguibilia non debuerunt realiter identificari, & cur* 3. 161. *Actus diſparati. V. Voluntas, & Intellectus, poteſt idem actus dependere à pluribus motiuis adæquatis.* 3. 162. *cur hoc non officiat actui fidei.* 3.163. *Actus obſcurus eſt vtilis. V. cognitio. Actus illi. v.g. mallem annihilari, aut eſſe in inferno quàm peccare in quo ſenſu ſint poſſibiles citra errorem.* 3.189.

*Adoptio alicuius in filium quid ſit, & per quid differat humana à*

diuina. 2. 134.
*Aduentus Chriſti, & Incarnatio quomodo diſtinguuntur*. 5.147.
*Aequalitas*. V. *Iuſtitia*.
*Aequiuoca in quo differant ab vniuocis*. 1.71.
*Aequiuocatio in loquendo an liceat V. locutio; poteſt illi præcludi omnis aditus*. 3.22.
*Affectus quando perinde æſtimatur ac actus*. 5.73 *Affectus veræ amicitiæ includit velle quantum ex ſe amicitiæ perpetuitatem*. 5. 98. 99.
*Affirmationes, & volitiones collectiuæ à diſiunctiuis & conditionatæ ab abſolutis quomodo ex parte obiecti diſtinguantur*. 5. 185.
*Amicitia perfectiſſima eſt, præferre mutuum amorem honeſtum cum alio cæteris bonis*. 40. *Amicitiam Dei naturalem non poſſumus cõſtituere nobis finem, ſuppoſita eleuatione*. 2.68. *Amicitia non præſcindit ab eo bono proprio, quod*

eſt

*eſt ſuppoſita identitate affectiua gaudere de amore, de bonis, & de communicatione amici. 3. 190. Amicitia perfectiſſima quomodo requirat in amicis eadem velle, & eadem nolle in omnibus. 5. 142. 143.*

*Amor inter creaturas cur debeat eſſe imperfectus, ſecus erga Deum. 1. 29. Cur ex amore erga Deum magis gaudeamus de bono Dei, quam de ijs, quæ immediatè poſſidemus. 1. 30. Amor pendens à viſione Dei eſſentialiter diſtinguitur ab illo, qui pendet ab alia cognitione. 1. 34. Amari poteſt practicè res aliqua propter aliquid præteritum, quin ametur illud præteritum, non verò amari propter effectum inde ſequuturũ, quin practicè ametur ille effectus. 2. 18. & 19. Amor boni eſt aliqua fruitio eiuſdem boni. 1. 26. Amor erga aliam creaturam nunquam ſuperat amorem ſui etiam dum quis pro alio moritur. 1. 29. Amor*

vnius Beati erga Deum ſuperat incomparabiliter odium totius Inferni. 1. 46. Amor erga Deum vt bonum noſtrum in quo ſenſu pertineat ad ſpem, & in quo ſenſu ad perfectiſsimam charitatem. 3. 183. V. Charitas. Quinam amor Dei ſuper omnia potuiſſet naturaliter dari in natura integrà. 3. 184. Tale genus amoris nequit dari in natura lapſa, neque eleuata, neque non eleuata. 3. 185.

Amor ſui eſt neceſſario inſitus in homine. 129.

Angelus poteſt naturaliter mouere corpora 1. V. Subſtantia ſpiritualis.

Angulus contingentiæ determinatus non poteſt infinities contineri formaliter in angulo rectilineo ſimiliter determinato. 3. 241. potius huiuſmodi anguli ſunt aliquid geometricum, & indeterminatum in ratione quanti. ibid.

Anima cur ſit naturaliter immortalis. 1. 19.

Appetitus quilibet naturalis poteſt expleri per vires naturæ. 1. 18. In appetitu ſenſitiuo datur gratia. V. Gratia. Appetitus innatus quid ſit. 3. 186.

Apprehenſio non pendet à volitione facta pro eodem inſtanti. 3. 108. Omnes apprehenſiones præcedunt natura quodlibet iudicium factũ in eodem inſtanti. ibi. apprehenſio præſens poteſt pendere à volũtate præterita imperante, & quomodo. 3. 109.

Ars ſecũdùm ſe eſt ſpeculatiua cur tamen dicatur practica. 3, 81. Artes inuentrices in quo conſiſtant. 3. 110. Quænam conducant ad eorum perfectionem. ibid.

Artificibus non ſolum imputatur illa entitas quam de nouo adæquatè producunt, ſed tota pulchritudo quæ ex rebus præxiſtentibus reſultat. 5. 1.

Auaritia prout diſtincta ab omnibus alijs vitijs quodnam damnũ inferat, & quomodò auarus no-

*noceat amicis, & patria.* 4. 7.

Axiomata ſpeculatiua. *Natura nihil facit inordinatũ. eſt S.Th.* 3.162. *Connaturale eſſe particulare magis bonum vniuerſale, quàm proprium, quomodo ſit intelligendum.* 3.186.

Axiomata practica. *Exceptio legis rarò profutura, & obfutura ſæpiſſimè, non eſt adhibenda.* 3.10. *Expedit dominia rerum non eſſe in incerto.*

# B

BEatitudo. *V. fœlicitas. Beati cur omnes ſint contenti cum inæqualitate beatitudinis.* 1.39. *Debent eſſe certi de perpetuitate. V. fœlicitas. Quomodo Beati velint omnia obiecta tanquam bona Dei.* 141. *Cur nequeat componi in*

*Beatis cum viſione peccatum neque habituale. 1. 43. Qumuis vnus tantùm homo foret beandus, cæteri omnes damnandi, adhuc foret optanda conditio humana. 1. 46. ſunt incapaces dubitationis, & obſcuritatis. 3. 48. Quo pacto bona extrinſeca augeant eorũ fœlicitatem. 3. 203. Beati non habent neceſsitatem phyſicam ad optimum cum indifferentia tantum ad æqualia. 5. 141.*
B*eneficia* Dei *præter naturalia, quæ nam ſint.* 3. 31.
B*onum eſt conceptus vniuerſaliſsimus, ac perinde non poteſt definiri per explicationem clariorem.* 1. 1. *poteſt tamen explicari per proprietates.* 1. 2. *Bonum eſſe quod omnia appetunt dupliciter poteſt intelligi.* 1. 3. *Eſt prædicatum ſecundum, & cur.* 1. 4. *Non ideò bonum amatur quia eſt pars fœlicitatis, ſed è contrà.* 1. 7. *Neceſſariò appetitur appetitu ſaltem inefficaci, ſi eſt admixtum mali-*

*tiæ, appetitu efficaci ſi eſt purum. & cur.* 1.8 *Non debet eiuſmodi neceſsitas limitari, quoties non apparet vllum incommodum in exercitio, & cur.* 1.9. *Non bonitas appetitionis, ſed bonitas obiecti allicit ipſammet appetitionem; explicatur autem quomodò alliciat bonitas appetitionis.* 1 9. *Bonum non eſt amabile per ſe niſi quatenus participet vel rationem finis* cui, *vel finis* qui 1.10. *V. finis. Quæ bona ſint media pura, & quæ primariò appetantur* 1.13. *Quæ non omninò quærantur propter ſe, nec tamen ſint pura media* 1.13 Proprij *boni eſt incapax quælibet res carens vita cognoſcitiua, & cur dicantur eſſe in bono, vel malo ſtatu.* 1, 15. *Bonum eſt regula ſui, & mali.* 1.156. *Bonum proprium eſt illud obiectum, de quo immediatè gaudet ille, qui eſt naturaliter fælix.* 1.26. *Priuatio boni debiti, & priuatio boni indebiti diuerſimodè.*

dè ſe habent in ordine ad pœnam. 3.127. Non omnia bona communia debent præferri bono proprio, ſed ea tantum quæ non ſunt optima. 3. 187. Bona condidit natura poſſidenda duobus modis. 4.2. Alia ſunt intrinſeca, & determinato indiuiduo addicta alia extrinſeca, & communia, & quinam his indigeat. 4. 19. Bona externa ſunt in duplici claſſe, & quænam ſint ibid. 20. Bonum duplex eſt aliud ſecundum quid, aliud ſimpliciter, & oſtenditur ſine ordine ad Deum nullam aptitudinem vel repugnantiam dari in obiectis in ordine ad vltimum finem. 5.27.28.29.30. & expeditur moleſta obiectio de prædicato abſoluto honeſtatis antecedente ad omnem relationem ibid. 31.32.

# C

CAuſa indifferens in actu primo proximo diſtincta à volun-

luntate implicat, & cur. 1. 122. Cauſa per ſe quæ nam ſit. 1. 214. duplex cauſa totalis intentionalis eiuſdem effectus nõ repugnat, quamuis repugnet duplex cauſa totalis phyſica. 1. 115. Cauſa libera non potuit in quibuſuis circumſtantijs præuiuideri eodem modo operatura. 2. 109. præterea in illis debet poni, in quibus ſit diuerſimodè operatura. & cur. 2. 112. Vnde diſcernantur cauſæ artificioſæ, fortuitæ naturales. 2. 113. Cauſa bona quando poſſit per accidens, cõcurrere ad effectũ malum. 3. 172. Cauſalitas mutua inter Chriſti merita, & gratiam collatam antiquis Patribus non benè ſaluatur ab aliquibus dicentibus Verbum pro ſigno priori aſſumpſiſſe animam quam corpus. 5. 115 & eadem difficultas ſoluitur rectè. ibid. 116. 117. 118. 119. 120.

Cenſus, & loca montium non ſunt ex genere ſuo illicita 4. 147. Di-

ſtin-

ſtinguitur Cenſus in perſonalem, & realem, & vterque explicatur. ibid. Cur contractus Cenſus non ſit iniuſtus ex eo quod plus reddat quàm fundi. ibid. 151. Cur exigat pecuniam præſentem. ibid. 152. Certitudo phyſica de futuris effectibus naturalibus vnde deſumatur 5.38. & quomodo in pura natura daretur inclinatio ad credendum de futuritione effectus, phyſici. 5.38.39.

Charitas ſupernaturalis completa quid ſit. 3.21. Quo pacto Deus vt principium beatitudinis ſit eius obiectum formale. 3.221. Quid charitas incõpleta. 3.226. Cur differat à charitate naturali ex obiecto formali 3.228. Cur hæc nõ ſit theologica. 3.229. Quæ nam charitas ſit requiſita ad quemlibet actum honeſtum. 3. 226. Cur damnati vel bruta non poſsint amari ex charitate. 3. 230. Per quid differat amor ſpei, vel concupiſcentiæ ab amore charitatis. 3 223.

223. *Per quid differat amor ſpei, vel concupiſcentiæ ab amore charitatis*, 3.223. *Cur ſpes debeat charitatem præcedere*. 3.225. *Quenam ſint eligibiliora ex motiuo charitatis*. 3.231. *Cur ex hoc motiuo ſit præferenda ſalus ſpiritualis noſtri Patris ſaluti vnius ciuitatis, & ſpiritualis profectus noſter ſaluti totius mundi*. ibid. *Quomodo charitas erga proximũ ſit vera amicitia illius, quamuis ametur propter* Deum. 3. 232. *Eius habitũ auget quilibet actus quantumuis remiſſus cuiuslibet virtutis ſupernaturalis*. 3.237. *Non verò actus vllius virtutis naturalis*. 3. 236. *Qua via poſſet vitari augmentum infinitum charitatis etiã admiſſis partibus infinitis in tempore*. 3.320.

*Chriſtus impetrauit omnibus etiam infidelibus auxilium ſufficiens non ſolum phyſicè, ſed moraliter ad ſalutem*. 2. 93. & 94. *Explicatur qua ratione obtinuerit à*

Deo

Deo gratiam ſufficientem quoties darentur bona opera naturalia. 2. 100. Chriſti merita. V. merita, Chriſti ſatisfactio V. Satisfactio. Chriſtus eſt perfectior formaliter cum ſuis accidentibus quam ſine illis non tamen poſſet habere principium perfectius ſubſtantiale omnium bonorum poſsibilium ſuæ naturæ. 5. 102. Cur natura aſſumpta in Chriſto debuit habere vtrumque ius phyſicum ſcilicet & meritorium ad omnia bona ſibi poſsibilia. ibid. Chriſtus meruit omnia bona conducentia ad ſalutem collata poſt peccatum Adæ non ſolum nobis; ſed etiam ipſi Adæ, & cæteris ante Chriſtũ genitis. ibid. 114. Exploduntur aliorum reſponſiones. ibid. Chriſtus meruit per actus pendentes à viſione beatifica, & explicatur quomodo charitas neceſſario ſequatur ad viſionem. 5. 124. 125. 126 Chriſtus meruit per obedientiam, & per obſeruantiam mandati.

dati. ibid. 127. Chriſtus eſt im-
peccabilis, idque tum ratione
viſionis beatificæ, tum ratione
ſubſiſtentiæ diuinæ. ibidem. 128.
129. Imò probabile eſt in ſenſu
diuiſo ab vnione hipoſtatica non
potuiſſe eum peccare ſimultate
potentiæ cum ipſa vnione. ibid.
Refutantur multæ ſententiæ de
obedientia Chriſti, & aſſignatur
vera ratio ibidem. 130. 131. 132.
133. 134. & ſeqq. Chriſtus ha-
buit neceſſitatem tantum mora-
lem ad optimum. ibid. 141. Quo-
modo Chriſtus viderit in Deo ſu-
mam dilectionem erga ſe ipſum,
& ne ſpeculatiuè quidem neceſſe
habuerit gaudere de peccato Adæ.
ibid. 154.

Circulus quot mirabilium ſit prin-
cipium. 3. 299.

Coactum quando ſit liberum volun-
tati. V. Volũtas. Quid ſit. 1. 118.
Non datur cogitatio congrua
minima inter poſſibiles. 2. 44. Nõ
poteſt conferri vlli naturæ ratio-

nali ex prouidentia generali, ſed ex ſpeciali beneuolentia. 2.45.
Cognitio ſui ipſius cur neceſſariò debuit non eſſe applicabilis alteri. 1. 73. Omnis cognitio boni eſt quædam experientia ipſius boni. 1. 26. Eius obſcuritas fuit vtilis circa contractus & retributiones, tum circa arcana cordium, & prædicata diuina. 2. 189. Cognitio vera non concurrit per ſe ad falſam. 3. 176. Cognitio comparatiua, & eius obiectum explicatur. 3. 269. Cognitio creata quæ cognoſcit infinita directè in ipſis implicat, & quare. 5. 66. 67. Quomodo Chriſtus cognouerit infinitum. ibi. 68. 69. Quomodo cognitio poſſit affirmare aliquod prædicatum de gradu uniuerſali ſub quo ipſa continetur. ibid 111. 112. Cognitiones duas haberi, quarum altera certificet de aliquo prædicato, de quo non certificat altera, & tamen quod ſint imagines eorumdem plane obiectorum, fieri non

*poteſt.* 5. 182. *Communicatio idiomatum, & denominationum in ſuppoſito quas requirat regulas, explicatur,* 5. 190. 191, *Communicatio idiomatum duas habet exceptiones in Chriſto, & quænam ſint. ibid.* 196.

Commutatiua *V. Iuſtitia. Vnde orta eſt commutatio.* 4. 12. *& quare commutatio immediata erat incommoda. ibid. quas conditiones requirat commutatio in pecunijs. V. Pecunia. Commutationes primò, per ſe non ſunt inſtitutæ niſi in bonis mobilibus, quæ vni abundant, alteri deſunt. ibid. Aequalitas commutationum deſumitur ab indigentia, & quomodo.* 4. 83. *Quando vt commutatio ſit æqualis debeat haberi ratio indigentiæ accidentalis, quã patitur vnus conrahentium.* 4. 84. *Si indigentia ſit communis. ibid. Quomodo valor mercis im. minuatur neceſsitate accidentali, quam habent Domini eam*

ven-

vendendi. ibidem. 85.
Conciliũ ab Eccleſia concorditer acceptatum, de fide eſt, fuiſſe verum Concilium. 3.145. Cur nõ poſſit condere nouam ſcripturam canonicam. 3.151.
Concluſio reſpectu intellectus quam proportionem habeat cum medijs reſpectu voluntatis, & quam habeat cum finibus. 1.11. Omnis concluſio practica pendet à præmiſſis ſpeculatiuis. 3.76. Concluſio non determinatur immediatè à præmiſſis ſeorſim, ſed earum complexo. 3.1.77.
Concupiſcentia cur minuat voluntarium. 1.51. Non autem cauſat inuoluntarium, niſi quodammodo per metum. 1.52. Quando operatio fiat ex concupiſcentia. V. operatio.
Concurſus Dei immediatus ad quoſlibet effectus eſt neceſſarius. 1.179
Concurſus Dei indifferens. V. Decretum.
Confeſſio Sacramentalis iterata eius-

eiuſdem peccati cur ſit licita, & vtilis. 4. 36.

Conſilij Diuini obiectum explicatur ſine circulo. 5. 33. 34. Id ipſum ſit de obiecto præcepti diuini ibidem.

Contingentiæ angulus. V. Angulus. Contingentiam aliquam dari, non ſatis conſtat ex vtilitate legum, ſuaſionum, &c. 1. 126. ſed ex alijs pluribus argumentis. 1. 127.

Continuum. V. Quantitas.

Contractus poteſt fieri iuſtè etiamſi deducatur in pactum reſtitutio tantummodò æqualis ſummæ, & tamen immineat magnum periculum illius non recuperandæ. 4. 127. Contractus ex metu quando ſit irritabilis, vel inualidus, & quando non. 1, 60. & ſeq. Non eſt irritabilis ex metu illato, non à contrahente, ſed à tertio. 1. 64.

Contradictoria non ſunt obiectum, nec poſſunt concipi obiectiuè ab intellectu. 5. 5. & 6. explicatur magis.

gis. 7. & 8. Explicatur etiam vnde deſumantur iudicia inuerificabilia ibid.
Contritio ſi eſſet forma iuſtificans adhuc poſſet vtcumque deffendi hominẽ iuſtificari gratis, & quomodo inſuper contritionem eſſe formam ex natura ſua incompoſsibilem cum peccato, & tamen non eſſe formam iuſtificantem oſtenditur. 5. 88. & 89. idemque fieri ſine detrimento liberalitatis diuinæ. ibid. & 90.
Creatura immultiplicabilis in ſpecie non eſt poſsibilis. 2. 54. Differt à Deo per ſolam carentiam perfectionis, non autem ab alia creatura. 3. 159. Creatura poteſt obligari ex iuſtitia reſpectu Dei quamuis non è conuerſo; & quid requiritur ad iniuriam. 5. 54. nõ poſſe tamen obligari Deo ad reſtitutionem quatenus formalter reſtitutio eſt ibid. 55. & 56. nulla Creatura diſtinguitur ab alia

per puram negationem ibid. & 60. & 61. non poteſt per opera naturalia condigne ſatisfacere pro peccato mortali. ibid. 76. & 78. ſoluitur celebris obiectio quod tãtum bonitatis inſit actui meritorio, atque malitiæ in peccato per illum excluſo. ibid. 76. & 77. neque etiam per opera ſupernaturalia poteſt ſatisfacere condigne, & refutantur aliorum rationes ibid. 82. 83. 84. & 85. immo neque homo iuſtus, & habens plenitudinem gratiæ ſicut Chriſtus ita vt nullæ gratiæ augmentum mereri poſſet, poteſt ſatisfacere pro peccato mortali alieno ibid. 86. & 87. neque obſtat quòd plus boni mereamur per actus bonos ſupernaturales quam mali per peccata mortalia. ibid. 86. Creatura omnis pura eſt eſſentialiter peccabilis ibid. 137.

Credere ſuper omnia, & ſine formidine quid ſit. 3. 60. & 118. Credibilitas fidei. V. Fides.

Cre-

Credere ſuper omnia ſine formidine quid ſit 3. 60. & 118.

# D

DAmnati torquentur à notitia fœlicitatis Dei ſupra omnes alias pœnas ſenſus. 1. 45.

Debitor cur ex debitis incertis contractis ex delicto teneatur facere eleemoſinam. 4. 22. Quo tempore teneatur ſolutionem. 4. 33.

Decretũ Dei, quo offert cõcurſũ indifferentẽ quodnã habeat obiectũ. 1. 218. Falſum eſt decretum Dei non requiri ad hoc vt omnipotentia diſponatur ad concurrendum ſecundum exigentiam cauſarum ſecundarum. 1. 220. ſimiliter eſt falſum determinationem indiuiduationum pendere à decreto Dei tantum negatiuè 3. 30.

De liberatio actus. V. actus, & ſupernaturale.

Deus eſt id quo nil melius excogita-

vi poteſt ex Anſelmo. 1.1. Deus non poteſt quidquam agere in hac uniuerſitate, niſi reſpiciendo ſingulas eius partes. 1.99. Quando agit vt cauſa particularis nunquam immediatè infert violentiã creaturis 1.120. Tot præcepta diſtincta edit, quot ſunt homines, & inſtantia, quibus cognoſcitur obligatio. 1.162. Si Deus comperetur mentiri, non ſequeretur immediatè, quod peccaret 1.167. Ea tantum obiecta Deus non poteſt velle, quæ ſi poſſet, careret aliqua perfectione phyſica intrinſeca. ibid. Deus neminem completè alloquitur, quin ab eo intelligatur. 1.160. Deum ſaltem confusè cognoſcit omnis peccans, etiam Atheus. V. peccatum. Deo deficiente deficeret peccatum, locutio, & quælibet obligatio. 1.173. Earum priuationum quæ ſunt malæ ſubiecto, Deus non eſt cauſa per ſe, vt natura particularis, ſed vt natura uniuerſalis. 1.187.

1.187. *Deus concurrit immediatè ad omnes effectus. V. concurſus. Cur non ſit author peccati.* 1 214. *Eſt cauſa per ſe cuiuslibet effectus diſtincti à peccato* 1 216 *Quo pacto auerſetur peccatum. V. peccatum. Cur liceat Deo neceſſitare alios diſiunctiuè ad actũ bonum, vel malum* 1. 224. *Non poteſt deſiderare inimicitiam hominis, poteſt tamen velle diſiunctiuè fundamentum amicitiæ. vel fundamentum inimicitiæ.* 222. *Non poteſt homini liberè operanti negare omnem cogitationem congruam quà congrua eſt in pœnam.* 2. 12. *Poteſt tamen tribuere cogitationem congruam in præmium.* 2. 12. *Cur non poſſit videre cauſas liberas in quibuſuis circumſtantijs poſſibilibus eodem modo operaturas.* 2. 109. *Non eſt amicus, vel inimicus ex ſolo motiuo operationis præteritæ, ſed præſentis gratiæ, aut peccati habitualis.* 2. 135.

*Quoties adoptat aliquem in filiũ neceſſe eſt vt illi tribuat qualitatem intrinſecam. 2. 134. Eius locutio cum creaturis. V. locutio. Cur non poſſit naturaliter obligari ad futura. 3 40. Eius veracitas. V. Veracitas. Cur non ſit in genere, ſed ſupra genus. 3. 159. Quomodo circa eius exiſtitiam exerceatur fides. 3. 168. Eſt obiectũ amoris ſuper omnia quatenus eſt principiũ noſtræ beatitudinis. 3. 189. Virtutes morales quas habet. V. Virtus. Cur cognoſcat vniuerſalia, & cur hoc non dicat imperfectionem. 3. 272. Nemini quidquam debet obligatione propria 4. 9. In Deo potentia creandi, & potentia non creandi ex eodem capite proueniunt & quo. 5. 2. & 3. Impoſsibile repugnaret, ſi daretur, diuinæ fœlicitati ex principijs intrinſecis ipſius Dei. ibidem 4. Deus ex libera beneuolentia mouetur erga creaturas poſſibiles. 5. 11. Probabiles*

eſt Deum non potuiſſe creare res inanimes excluſis pro tota æternitate omnibus rebus cognoſcitiuis, & quare ibid. 12. Explicatur cur Deus non operetur imperfectè moraliter, licet non eligat ſemper optimum ex bonis creatis phyſicis, & excluduntur aliorum rationes. ibid. 14. 15. 16. 17. 18. Concedendũ tamen in eo eſt fundamẽtum ratione cuius poſſimus probabiliter credere eum eſſe operaturum tali vel tali modo. ibid. 37. Quando dicitur Deus obligari ex aliqua virtute. ibid. 43. Nulla datur in Deo obligatio cuiuſcumque virtutis, quàm in ratione ſigni, & quænam hæc ſit. ibid. 50. & 51. Habet veram virtutem fidelitatis, & quomodo: ibid. 52. & habet aliquam iuſtitiam commutatiuam latè loquẽdo. ibid. 53. Veriſimilius eſt nũquam Deum de facto præcipere ex iuſtitia, & vt Dominũ proprietatis ibid. 57. Cur dignitas

Dei potius facit vt meritum illius naturæ cui Deus contingenter communicatur mereatur quodlibet præmium finitè in infinitum, non tamen debet vt quicumque grauis contemptus illius mereatur pœnam quamlibet finitè in infinitum ibid. 107. Deus non potuit vnico decreto executiuo velle ſimul & permiſsionem peccati, & Incarnationem in remedium ipſius. 5 144. Deus cur per ſuam ſubſiſtentiam poſſit facere humanitatem ſubſiſtentem, & nõ poteſt, per ſuã vbicationẽ vel durationẽ facere illam vbicatã, vel durãtẽ ibi. 161. 162. 163. Deus cur non ſit capax recipiendi intrinſecè vnionem. ibid. 163. Deum aſſumpſiſſe hominem cur minus propriè dicatur ibid. 192. 193. In Deo quare multiplicantur nomina personalia, & non naturalia. ibid. 195.

Dolor illicitè deſideratur, vt pellatur voluptate. 1. 186. Eſt peior

quàm

quàm priuatio voluptatis. 1. 188. Eſt vtilis in belluis. ibid. Neceſſarius in creaturis rationalibus. ibid. & ſeq. Dolorem auerſari licitè poſſumus. 1. 184.

Dominia rerum quot modis, & quomodo acquirantur, & cur à Iuriſtis dicantur de iure gentium. 4. 20. & 21. Dominium non transfertur ſine voluntate formali, æque intimata. 4. 32. Dominiū definitur. & explicatur quomodo Deus diuerſo modo ſit Dominus ac homines. 4. 107. ibid. 109. & 110. Dominium humanum cur reſtringatur ad res corporales ibid. 109. 110. 111. & 112. Quomodo gignat obligationem reſtitutionis quando actio diminutiua dominij fit ex duplici fine adæquato. ibidem. 113.

# E

ECcleſia quæ nam poſsit definiri de fide. V. Concilium, & fides.

Effectus omnes tribuendi ſunt ſcientiæ diuinæ, vt dirigenti, voluntati, vt imperanti, Omnipotentiæ vt exequenti. 1. 220. Effectus ſupernaturalis. V. ſupernaturale. Effectus qui fit de nouo non eſt tantùm illud ens quod producitur, ſed eſt illud aggregatum ex eo ente, & ex cæteris 1. 199.

Ens quodlibet debet fieri per participationem primi entis 1. 199. aſſignatur ratio cur non poſſit vllũ ens extrahi ex nihilo ſine concurſu potentiæ infinitæ. ibid. Ens eſt conceptus primus, & inexplicabilis per alios conceptus. 1. 205. Non omne ens eſt bonum in ratione finis, ſed vel in ratione finis, vel medij. 1. 209. Ens creatum non diſtinguitur ab alio per meram negationem. 3. 159. Entis aſſignantur tria genera, & explicantur. 5. 161.

Epicuræi cur poſuerunt virtutem in quærenda voluptate. 1. 20.

*Error fuit neceſſariò poſſibilis in creatura rationali.* 1. 190. *Error circa perſonam quando reperiatur in contractu.* 1. 75. *Num ſit de iure naturæ, an tantùm poſitiuo quod error in perſonã reddat irritum matrimonium.* 1. 77. V. *Matrimonium. Nullus error eſt euidens, ac neceſſarius* 3. 121. *Ex errore voluntario poteſt aliquid apparere credibile ſuper omnia, quamuis reuera non ſit.* 3. 122.

*Euidentia in atteſtante V. Fides. Euidentia vndecumque proueniat aufert obſcuritatem.* 3. 49. & 44. *euidentia non quidem phyſica, ſed metaphyſica pugnat cum fide,* 3. 164. & 169.

*Exercitium omne neceſſarium voluntatis eſt in priori natura, quàm exercitium liberum.* 5. 133.

# F

FOelicitas verè nondatur in hac vita, ſed tantum ſpes illius. 1, 22. Quid ſit & eius variæ ſpecies. ibid. 1. 17. & 18. Non poteſt cõtemni. 1. 19. fœlicitas naturalis, eſt fructus virtutis. 1. 20. Quid ſit, & cur de ea non poſsimus habere diſtinctam notitiam. 1. 21. Cur conſiſtat in poſſeſsione boni proprij. 1. 26. Cur non conſiſtat primariò in delectatione, neque in virtute, ſed in ſcientia. 1. 26. 27. Fœlicitas excellentiſsimi generis, hoc eſt ſupernaturalis non poteſt eſſe illapſus per quem nobis diuinitas coniungatur. 1. 23. Neque poteſt eſſe cognitio, aut volitio Dei, quæ nos reddat cognoſcentes, aut volentes. 1. 25. Cur debeat eſſe poſſeſsio boni alieni. 1. 28. & 29. Fœlicitas excellentiſſima coaleſcit ex actibus intelle-

ctus, & voluntatis. 1. 28. & ſeq. Ad fœlicitatem ſummi entis debet inſeruire proprietates reliquorum. 1. 16. Cur ad fælicitatem Beati ſit neceßaria cognitio certa perpetuitatis ſui amoris in Deum, & diuinæ redamationis. 1. 40. fœlicitas vnius Beati maior eſt quàm miſeria totius Inferni. 1. 46. Fælicitatem alienam repugnantem propriæ nemo poteſt amare magis quàm propriam. 3. 189. Cur magis inclinemur (præciſo errore intellectus) ad amãdam fœlicitatem Dei, quam noſtram. 3. 188.

Fidelis. V. Fides.

Fides non requiritur ad omne opus bonum morale. 2. 4. 33. Quid ſit. 3. 1. & 2. Eſt inconiungibilis cũ euidentia in atteſtante, & cur. 3. 49: 3. 65. & 66. Eius credibilitas nõ conſiſtit in hoc quod experiamur poſſe credere ſuper omnia obiectum obſcurum. 3. 68. Eius obiectum materiale non eſt quid

*determinatum, niſi tantum negatiuè.* 3.82. *Eius obiectum formale eſt prima veritas* 3.83. & 90. *Vnum fidei articulum non poſſe diſcredi credito alio, quomodo verificatur.* 3.97. *Fides tendit in apparentiam vt ſufficientem, non vt ſuperabundantem.* 398. *Non eſt formaliter diſcurſiua, ſed virtualiter.* 3.101. *Illius actus ſunt eiuſdem ſpeciei.* 3.99. *Illius habitus infunditur poſt primum actum fidei.* 3.102. *Repugnantia inter habitum fidei, & actum infidelitatis eſt phyſica.* 3.104. *Actus imperans fidem debet eſſe bonus ſupernaturalis, & plenè deliberatus.* 3.123. *Volitio imperans actum fidei eſt ſupernaturalis ex obiecto formali, & hoc quodnam ſit.* 3.130. *Capita ex quibus fides Catholica eſt euidēter credibilis.* 3.139. *Eſt de fide Pontificem, vel Concilium concorditer ab Eccleſia acceptatum, eſſe verum.* 3.140. & 145. *Primi*

*actus*

actus agnoſcentes nouum Pontificem, non ſunt ſidei diuinæ, ſed ſidei, & prudentiæ humanæ. 3. 144. Quæ nō reuelata à Deo generice poſsint credi in indiuiduo per actum fidei, quænam verò non poſsint. 3. 149. Reuelationem nouam de fide non dari in Eccleſia quomodò verificetur. 3. 151. Quænam poſsint definiri ab Eccleſia ita vt ſint de fide. 3. 152. Reuelatio facta vni poteſt eum mouere ad actum fidei, non verò alios audientes. 3. 153. Obiectū fidei debet eſſe reuelatum reuelatione ſtricta, & non tantum lata. 3. 157. Actus fidei non poteſt ſimul eſſe ſcientiæ, neque poteſt ſtare ſimul cum actu ſcientiæ. 3. 164. neque cum actu opinionis. 3. 171. An exerceatur circa exiſtentiam Dei. 3. 168. Eius habitus non poteſt concurrere ad actum falſum neque per ſe, neque per accidens. 3. 172. Neque hoc poteſt per ſe eius actus. 3. 176. Fides explicita

*Trinitatis, & Incarnationis non eſt neceſſaria ad iuſtificationem neceſſitate medij.* 3.178. *hanc neceſſitatem habet fides* Dei *exiſtẽtis, & remuneratoris.* 3.179 & *hoc non ex arbitrio, Dei, ſed ex natura rei.* 3.180. *Fides* Dei *remuneratoris debet coniungi cum quolibet actu fidei meritorio.* 3. 195.
*Filiatio diuina vnita natura create cur poteſt dare denominationem filij, & non ſic de alijs perfectionibus.* 5.164.
*Finis. & eius diuiſio.* 1.10. *Nihil eſt amabile ſub ratione finis* qui, *quin aliquid etiam ametur ſub ratione finis* cui, *& è conuerſo.* 1.10. *In aliquibus ita ſe habent media ad finem ſicuti prima principia ad concluſionem, in alijs verò ſe habent ſicut* Concluſio *ad prima principia.* 1.11. & 12.
*Forma ſupra exiſtẽtiam omnis materiæ non poteſt dari.* 2.54. *Forma conſtitutiua alicuius denomina-*

minationis quæ nam intelligatur. 1. 36.
Feuctum. V. Tempus.

# G

GAudium de peccato ſpeculatiuè eſt licitum. V. peccatum.
Gradus in habitibus ſupernaturalibus ſunt etherogenei. 3. 321.
Gratia naturæ humanæ indebita fuit, non ſolum eleuatio ad filiationē Dei, ſed immunitas à morte, à morbis, & à ſubreptione partis inferioris. 2. 4. & 5. Gratia illuminationis ex parte intellectus requiritur ad omnē actū bonum ſupernaturalē. 2. 71. Cur nemo poſſit euidenter cognoſcere ſe eſſe in gratia. 2. 62. Datur in appetitu ſenſitiuo gratia præueniens tum poſitiua tū negatiua, 2. 76. Nullū initium meritorium ex parte noſtra poteſt præcedere gratiam aliqua tamen occaſio naturalis

poteſt

poteſt illam præcedere non remotè, ſed proximè acceptam. 2. 78. Gratiam ſufficientem non ſolùm phyſicè, ſed moraliter ad ſalutem habent ſemper omnes iuſti. 2. 90. in quo ſenſu verum ſit, Non denegatur facienti quod in ſe eſt. 2. 94. Ad eam conducunt poſitiuè bona opera naturalia ante fidem. 2. 100. Gratia ſufficiens diſtinguitur ab efficaci. 2. 124. Gratia habitualis quid ſit. 2. 131. Non poteſt vlli craturæ deberi naturaliter. 2. 132. Neque poteſt eſſe aliquid extrinſecum. 2. 133. eſt incompoſſibilis cum peccato. 2. 136. Conſtat partibus heterogeneis. 3. 321. Gratia habitualis quamuis non emanet ex aliqua radice antecedenti, & quamuis ſit principium nouarum operationum tamen non eſt ſubſtantia, ſed accidens. 5. 156.

Gratitudinis compenſatio quomodo differat à compenſatione iuſtitiæ. 4. 87. In quo fundetur honeſtas grati-

grati-

gratitudinis. ibid. Gratitudo habet ſuos terminos, vltra quos extendi non debet. ibid. 88.

# H

HAbitus fidei V. Fides Habitus piæ affectionis ad quem actũ inſeruiat 3.130. Habitui quodnã aſsignetur obiectum vide obiectũ Habitus Theologiæ ſupernaturalis videtur ſuperfluus 3.175. Habitus ſupernaturalis prudentiæ circa quid verſetur ibi: Habitus qui augentur ad menſuram gratiæ conſtant partibus etherogeneis. 3.323.

Homo eſt conditus gratia ſui non gratia ſpeciei humanæ. 1.19. Homo, & omnia ea quæ ſunt condita gratia ſui non obligantur agere in propriam perniciem. 1.20. Homo fortunatus præſcindẽdo à ſpe, atque à timore, parum in hac vita differt ab infortunato. 1.22.

Quam-

Quamuis unicus homo deberet beari cœteri damnari, adbuc optanda foret conditio humana. 1. 46. Cur cunctis hominibus etiam poſt peccatum originale expetibilius ſit naſci, quam non naſci. 2. Cur homo exiſtens in peccato mortali non poſsit diu perſeuerare ſine nouo peccato mortali. 2. 50.

Honeſtas non fundatur in regula noſtræ rationis, neque in iudicio Dei. 1. 158. Neque in præponderantia bonitatis phyſicæ ſupra phyſicam malitiam obiecti. 1. 159. Neque in conformitate obiecti cum natura rationali. 1. 152. Eſt in actu honeſto tanquam in principali analogato & explicatur quid ſit. 1. 153. Ea eſſe honeſta, vel inhoneſta, quæ expedit eſſe talia eſt unicum principium ad ſoluendas omnes quæſtiones moralis philoſophiæ, vel Theologiæ. 2. 105. Triplex datur acceptio honeſti, dignum ſcilicet honore

pru-

prudenter eligibile, & ipſa electio prudenter facta, & oſtenditur primam per ſecundam & ſecundam per tertiam explicandam eſſe. 5. 20. Honeſti prima regula oſtenditur, & eius multa prædicata. ibid. 21. eamq. eſſe regulam ſui, & inhoneſti. ibid. 22.

# I

IGnorantia antecedens, comitans, & conſequens quid ſint. 1. 81. Quæ nam cauſet inuoluntarium. V. Voluntarium. Ex Ignorantia nunquam datur peccatum, quin detur etiam aliquod peccatum ex malitia. 1. 84 Quomodo reperiatur in quolibet peccato. V. peccatum.

Immortalitas naturalis animi humani quomodo probetur. 1. 19. Cur reliqua nõ ſint immortalia, niſi ſecundũ ſpeciem. 1. 19.

Im-

*Imperfectio moralis quomodo in Christo & Beatis habeat locum. 5.141.*

*Impoſſibile obiectiuum, ſi datur, eſt ſolum id, quod ex ſuo conceptu antecedenti ad poſſibilitatem, vel impoſſibilitatem nullã habet bonitatem prudenter amabilem, neque practicè, neq. ſpeculatiuè. 1. 178. Impoſſibile. V. contradictoria, non poteſt dici neceſſariò trahere duo contradictoria. 5.9.*

*Incarnatio non eſt Deo ſimpliciter neceſſaria. 5. 1. Incarnatio non fuit neceſſaria Deo, vt vel Deus ex iuſtitia teneretur acceptare hanc ſatisfactionem vel vt genus humanum ſatisfaceret pro aliquo debito iuſtitiæ 5. 59. Incarnatio fuit neceſſaria vt coniungerentur hæc duo, Diuina ſcilicet liberalitas in remiſsione peccati, & æqualitas ſatisfactionis ibidem. 91. & in quo conſiſtat iſta æqualitas, ibidem, & 92. & 93. Incarnatio ex quo nam motiuo volita à Deo*

ſit.

ſit, refutantur multæ ſententiæ. 5. 145. 146. & oſtenditur ſubſtantiam Incarnationis decretam eſſe à Deo propter redemptionem peccati. Habuit Deus voluntatem quandam conditionatam merè ſpeculatiuam, & qua ei placuerit Incarnatio etiam ſub conditione nou commiſsi peccati, & in quo ſigno talem voluntatem habeat. 5. 152. 153. 154.

Indiuiſibilitas non eſt contra conceptum rei materialis. 3. 319.

Infernus fuit neceſſarius, vt per ipſum impleretur Cœlum. 1. 119. In pura natura habuiſſet pœnas longè remiſſiores. 2. 29.

Infidelis. V. Fides.

Infinitum in quantitate quid ſit. 3. 242. non eſt nomen negatiuum, niſi grammaticaliter: ibid. Repugnat quantitas infinita; ſiue cathegorematice, ſiue ſincathegorematice, vltra quam detur alia quantitas. 3. 245. Quilibet numerus infinitus poſſet correſpon-

dere

*dere cuilibet tempori, vel loco infinito. 3. 248. Cur Infinitum Ariſtoteles definierit in ordine ad omne tempus. 3. 266. In infinitis nullum eſſet inuenire indiuiduum 3. 256. Si daretur gratia infinita, quilibet eius gradus foret inutilis. 3. 259. Argumentum contra infinitum petitum ex diſpoſitione unitatum per numeros pares, & diſpares, quid euincat. 3. 264. Nō omnis æqualitas inter infinita negari poteſt. 3. 260. Infinita non poſſunt concipì diſtinctè per modum unius collectionis. 3. 269. Sunt tamen duplici modo cognoſcibilia, & vtroque à Deo cognoſcūtur 3. 271. Explicatur quomodo Deus cognoſcat Infinita diſtinctè per modum plurium collectionum. 3. 278. Soluuntur argumenta, quæ videbantur retorqueri cōtra infinitum in mente Dei. 3. 274. & 283. Probabilitas inter infinita ſyncathegorematica non poteſt*

*ere-*

creſcere, vel decreſcere. 3. 286. Quo pacto negationes contingentes, ſi admitterentur, non eſſent infinitæ 3. 297. Valida confirmatio huius totius doctrinæ de infinito. 3. 298. an ſit aliqua infinitas in quantitate. V. Quantitas. Infinitum in genere creati non eſt poſsibile 3. 60. & ſoluitur argumentum calculatorium. ibid. 62. Infinitum in genere mali implicat. ibid. 72. & 73.

Inimicitia facit vt bona vnius euadant mala alterius, & è contra 1. 44.

Iniuria vt fiat non requiritur vt Dominus ſit poſitiuè inuitus. ſed ſatis eſt ſi abſque conſenſu ipſius fiat. 4. 27. Quomodo ad iniuriam nõ ſufficiat volũtas præſumpta. ibid. 28. & 29. Formalis iniuria duplex attentata, & affectiua, & explicatur vtraq. 4. 90. Quomodo diſtinguatur iniuria conſũmata ab affectiua, vel attentata plures aſſignantur regulæ ibidẽ.

In-

*Intellectus, cur habeat pro obiecto verum.* 3. 86. & 87. *Non poteſt pro eodem inſtanti habere iudicia diſparata* 1. 99. *Non eſt indifferens, & à ſe determinabilis ad vnum inter duo iudicia oppoſita.* 1. 124. *quomodo eius actus ſubſint voluntati.* V. *Voluntas non poteſt tendere modo diſparato in plura, vt plura* 3. 164.

*Inuoluntarium.* V. *Voluntarium.*

*Iudicium de futuris fuit neceſſariũ creaturis rationalibus.* 1. 190. *Vltimum iudicium practicum ſemper eſt euidentiſſimum.* 2. 70. *dari nequeunt duo iudicia alterum clarum, alterum obſcurum de eodem obiecto immediato, & affirmato per ſe.* 3. 44. *Neque iudicium honeſtè, & verè credens aliquid ſuper omnia propter motiuũ fallibile.* 3. 58. *Iudicium, ſiue aſſenſus ſine formidine, & ſuper omnia, quid ſit* 3. 60. *huiuſmodi iudicium poteſt verſari etiam circa obiectum fallibile nõ tamẽ cir-*

ca

*ca locutionem Dei, ſi adhibeamus omnem diligentiam poſsibilem. 3.70. Error, nõ quidem vt præmiſſa, ſed vt obiectum, poteſt cõducere ad iudicium verum, & ſupernaturale. 3.77. Iudicia practica, & ſyllogiſmi, inde orti quo pacto ſe habeant. 3 73. Iudicium Vniuerſale de inhoneſtate obiecti, & aliud particulare de eiusdem honeſtate hic, & nunc, ſunt compoſsibilia. 3. 74. Iudiciũ euidens de honeſtate aſſenſus obſcuri ſuper omnia eſt ſupernaturale. 3.77. & 78. non ſemper repræſentat obligationem credendi quo ad exercitium. 3.131. Iudicium obſcurum ad quid ſit vtile. V. Cognitio. Iudicium credens aliquod totum ex aliquo motiuo non ideò credit ex eo motiuo ſingulas partes, ſed vltimam formalitatem. 3.170.*

*Ius in genere definitur. 4.16. item ius obedientiæ, & ius iuſtitiæ ibi. Ius vniuerſum prout comprehen-*

*dit*

dit ius iuſtitiæ, & obedientiæ explicatur, & volũtas duplex obligatoria. ibid. 16 & quæ nam obliges ex iuſtitia, quæ nam vero ex obedientia. ibi. 16. & 17. Ius duplex alterum poſitiuum, alterũ negatiuum, & quomodo definiãtur. ibid. 18. Ius poſitiuum primo eſt in Deo & Communicatũ ab illo creaturis. ibid. 4. 19. Ius in hominibus aliud primæuũ, aliud non primæuum ibi. Ius poſitiuum conſiſtit in extenſione dominij moralis vltra fines proprij dominij phyſici. ibid. 26. Ius idem omnino non poteſt eſſe totaliter in duobus pro eodem inſtanti, & quare 4. 98. & 99. Ius omne & dominium deſumendum eſt primario, & radicaliter in ordine ad vſus phyſicos ibid. enodatur difficultas de donante, & donatario ibid 100. Ius aliud reale, aliud perſonale, & vtrumque explicatur, & diſtinguitur ibidem 101. 102. 103. Non

poteſt

poteſt alteri conferri ius reale plenum in aliquam rem niſi ab eo qui habet ius perſonæle in omnibus perſonis. ibid. 106.
Iuſtificatio non poteſt haberi per aliquid extrinſecum. 2. 134.
Iuſtitiæ nomen conuenit iuſtitiæ commutatiuæ, diſtributiuæ legali, & vindicatiuæ. & quomodo. 4. 1. Iuſtitiæ legalis obſeruatoribus debetur præmium ſed ex iuſtitia diſtributiua, nec non etiam obſeruatoribus iuſtitiæ commutatiuæ. 4. 78. Iuſtitia commutatiua quomodo definiatur 4. 12. & 23. Explicatur differentia quædam materialis inter iuſtitiam, & obedientiam. 4. 32. Quomodo ex motiuo iuſtitiæ poteſt quis ſatiſfacere per ſecundam ſolutionem debiti, immo etiam pro abſciſsione brachij iniuſte à ſe facta ſoluere pecuniã. ib. 33 & 34. & quo ad hoc colligitur diſcrimẽ inter iuſtitiã. cæteraſque virtutes ibi. 35. quam nam æqualitatem intendat iuſtitia

*tia commutatiua, & quomodo ea ſit non quo ad effectum perſeueratura, ſed quo ad leges. 4. 37. & 38. Datur iuſtitia commutatiua inter homines, & Angelos non tamen tam perfecta vt inter homines ibid. 39. Quomodò differat iuſtitia commutatiua à diſtributiua, & quando non. ibid 41. 42. 43. ad iuſtitiam diſtributiuã, & quando ad hanc requiratur æqualitas geometrica, & quando non. ibid. 41. 42. 43. ad iuſtitiã diſtributiuam pertinet diſtributio bonorum, & quænam æqualitas hic ſeruanda ſit. ibid. 44. Nõ datur in Deo iuſtitia diſtributiua rigoroſe neque reſpicit Deus proportionem geometricam, primo & per ſe in diſtributione premiorum ſpectantium ad ſubſtantiam beatitudinis ibid. 46. 47. 48. 49. & 50. Explicatur duplex iuſtitia diſtributiua quæ exercetur à nobis. ibid. 51. & neutra Deo conuenit ibid. Iuſtitia per quid diffe-*

*differat ab alijs virtutibus ad alterum.* 4. 1. *Datur in* Deo *iuſtitia aliqua late accepta.* 5. 40. *Iuſtitia commutatiua nõ poteſt dari in* Deo, *& quare. ibidem.* 44. *&* 45. *nec poteſt dici Deum cedere iuri quod habebat aduerſus alterum ibidem* 46. *non requiritur ad iuſtitiam commutatiuam æqualitas æſtimationis rerum, ſuper quibus fundatur ibid.* 47.
*Iuſtitia Dei, vide Deus.*

# L

L*Audabilitas ſupra honeſtatem addit libertatem actus, & proportionem eius ad ſinem honeſtum* 5. 23. *& quo modo poſsit ſtare cum neceſſitate ad actus æquales, & quo ad hoc aſsignatur diſcrimen inter Deum, & Creaturam ibidem.* 274. 25.
*Lex Diuina quænam prohibeat ne-*

ceſſariò, quæ nam vero pro libito. V. Probibitio Eſt quædam Dei locutio. 1. 160. Leges Vniuerſales Dei non ſunt completæ, & quod nam habeāt obiectum. 1. 162. Legem naturalem extēdi ad caſum, in quo eius obſeruantia ſit moraliter impoſſibilis, cur expediat vniuerſitati 2. 106, non verò legem poſitiuam. 2. 107. De eſſentia legis validæ eſt vt ſit in bonum cōmunitatis. 3. 144. Lex naturalis, & poſitiua quomodo differant, 4. 24. Legis punitiuæ iuſta regula eſt vt pœna habeat proportionem non tam cū malo quod attulit culpa, quā cū malo, quod oriretur niſi homines arcerentur per timorem tantæ pœnæ à tali culpa, vnde nonnulla inferuntur 4. 55. Lex naturalis quomodo Chriſto fuit poſita. 5. 135. 136.

Libertas definitur. 1. 121. oſtenditur conſtare lumine naturæ, dari libertatem. 1. 126. item dari in nobis. 1. 131. omnia, & ſola agentia

tia

tia intellectualia habent libertatem. 1. 132. Non autem bruta, nec infantes, immo, neque ebrij, vel ſomniantes, vel, amentes. 1. 133. libertas operationis, eſt aliquid intrinſecum ipſi operationi. 1 134. Libertas Dei conſiſtit in indifferentia ad amandum alia extra ſe amore beneuolentiæ. 1. 142. eſt nota lumine naturæ. 3 28.

Libertas creata non datur circa obiecta, quorum vnum appareat continere totam bonitatem, quã continet aliud, & aliquid plus. 1. 143. Neque datur in ordine ad bona pure ſenſibilia. 1. 145. datur tamen in hoc vt poſſit voluntas non amplecti illud bonũ, quod apparet maius, vel quod efficacius proponitur. 1. 146. ante omne exercitium libertatis debet dari propoſitio intellectus non libera 1. 146. Non poteſt dari ad peccatum, quin ſimul detur ad actũ bonum. 2. 34. oſtenditur repugna-

re libertatem ſine viribus ſuffi-
cientibus ad non peccandum.
2.79.

Licitum eſt aliquando ſuadere al-
teri diſiunctiue, aut actum bonũ,
aut malum. 1.224.

Loca montium vide Cẽſus cur nul-
lum interueniat mutuum, & mi-
nus reddat quam cenſus 4. 148.
Cur non ſit illicitus contractus
cenſuum, & locorum montium
ex eo quod emptor tractu tempo-
ris accipiat fructus ſupra ſortem
ibid. 149. & 150.

Locutio quid ſit. 3. 2. quotuplex ſit.
3 36. Non eſt eſſentialiter ſigni-
ficatiua ex pacto 3. 6. nunquam
licet vti locutione, niſi quando eſt
ſignum verum, & cur. 3. 9. & ſe-
quentibus. Eius obligatio non
prouenit ſolum ex contractu. 3.
11. tenentur hac obligatione
etiam Angeli, & Deus, & cur. 3.
14. locutio non quidem ſignifica-
tiuè, ſed materialiter, eſt aliquã-
do licita, quamuis aliter res ſu-
ba-

*habeat, & cur. 3. 22. aſſignatur vera ratio cur locutio tunc non ſit mendax. 3. 2. Locutio æquiuoca aliquando eſt licita, aliquãdo non, reſtrictio vero mentalis nunquam, & cur. 3. 17. quid ſit intendere hunc, vel illum ſenſum locutionis. 3. 18* Non *datur propria locutio creaturæ ad Deum, nec ad ſe ipſam per ſigna diſtincta a cognitione, & cur. 3. 21 locutione æquiuoca poteſt Deus vti, non tamen locutione materiali, vel mentali reſtrictione, aut additione occulta 3. 26. duplex tantum locutio Dei cum hominibus datur naturaliter & cur. 3. 33. & 36.* Cur *locutio* Diuina *non ſit contradiſtincta ab auditione, vt eſt humana, & cur diſcredere primæ ſit negare veracitatem loquentis; ſecus autem diſcredere ſecundæ. 3. 67.*

# M

MAlum quid ſit. 1. 187. Non poteſt dari ſine bono ibi Priuatio poteſt eſſe mala, ſecus negatio entis poſſibilis. ibi. mali quomodo Deus non ſit cauſa per ſe. V. Deus cur neceſſe fuerit dari mala poſitiua, nempe dolorem, & errorem. 1. 188. Vterque tamen eſt bonus ſimpliciter. ibi malum morale. V. Peccatum, malū minus eſt bonum practice, & honeſtè eligitur. 2. 118. Malum infinitum. V. Infinitum malum aliud poſitiuum, aliud negatiuū, & vtrumque explicatur, neutrumque eſſe infinitum 5. 70.

Mandati ratio explicatur, eiuſque diſtinctio à conſilio, & præcepto. 5. 134. 138. 139.

Manichæi adſtruentes aliquam ſubſtantiam malam reuincuntur. 1. 187. & 196.

Maria Virgo, & Antiqui PP. habebant influxum in redemptionem generis humani. 5.114.

Materia ſuper exigentiam omnis formæ non poteſt dari. 2.54. Eam non habere infinitam diuiſibilitatem poſſet aſſeri etiam in doctrina Peripateticorum. 3.318.

Matrimonium metu contractũ cur ſit irritum. 1.61.62. Matrimoniũ contractum per dolum, Quando ſit irritum. 1.63. Ex errore quando ſit irritum Matrimonium, 1.77.

Mendacium cur nunquam licitum V. locutio.

Menſura proportionis trium entiũ diuerſi generis vnde debeat deſumi. 5.63.64.65.

Meritum de congruo ad gratiam quo pacto reperiatur in bonis operibus naturalibus; V. gratia. Meritis diuerſæ rationis debentur à Deo præmia diuerſæ rationis. 3.322. Merita Chriſti ſatisfecerunt æqualiter pro peccato mortali. 5.91. Me-

91. *Merita Christi habent infinitatem vt ſcilicet mereantur de condigno quodcumque premium poſsibile, & affertur vera ratio. ibid.* 101. & 104. *merita Christi non ſunt infinita ſecundum ſe, & ratione bonitatis propriæ. ibid.* 105. *Nè vnio quidem hipoſtatica alteri impetrata poteſt exhaurire valorem meritorũ Christi ibidem.* 105. & 106. *Meriti principium non cadit ſub meritũ. ibidem* 121. *Priuilegium fuit meritorum Christi extendi ad præterita, ibid.* 122. *Meritum propter duo inſtitutum eſt & quæ nã ſint.* 5. 123.

*Metaphyſica quod nam obiectum formale habeat, & cur.* 3. 87. 88.

*Metus quomodo, & quando cauſet inuoluntarium.* 1. 154. *Cur non non cauſet inuoluntarium ſimpliciter, & Ariſtoteles contrariũ docens quomodo ſit intelligendus.* 1. 53. *Quando operatio fiat ex metu. V. Operatio.*

*Mini-*

*Minima admiſſa in continuo, bene explicātur productionem ſucceſſiuam.* 3.310.
*Miraculum. V. Supernaturale.*
*Modi acquirendi dominia. V.* Dominia.
*Moneta V.* Pecunia.
*Monopolia cur de iure naturæ vetita, & quando licite fieri poſſunt.* 4. 86. *& quid liceat exigere, ibi.*
*Montes pietatis ſunt liciti, & affertur ratio.* 4.146.
*Motiuum adæquatum ſiue finale, inadæquatum, & impulſiuum explicantur.* 1.115.
*Motus quilibet requirit aliquam primam cauſam immobilem.* 1. 200. *Motus ſucceſſiuus quomodo componatur.* 3. 304.
M*ultiplicatur tunc aliquid, quando multiplicatur rectum, & tunc non multiplicatur quando non multiplicatur rectũ, Vnde Chriſtus non poteſt dici duo viuentes* 5. 194. *& ſeqq. Si verbum aſſu-*

meret duas humanitates eſſet vnus homo. ibid. 195.
Multitudo. V. Pluralitas.
Mundus non potuit eſſe ab æterno dependenter à Deo per infinitam ſeriem generationum ſubordinatarum. 1. 105. Conditus eſt ſolius hominis beneficio. 1. 18. Mundus potuiſſet eſſe ab æterno, ſi id quod remanet ex præterito non haberet connexionem determinatam cum toto præterito. 3. 293.
Mutuum quomodo diſtinguatur à commodato. 4. 140. Cur mutuum ſemper contineat aliquod beneficium collatum mutuatario. ibi. 141.

# N

NAtura exigit vt ea obiecta Deo diſpliceant, quę Deo diſplicere eſt maius bonum phyſicum totius reipublicæ rationalis. 1. 168.
Natura humana non eſt deterior

*ex peccato originali, ac fuiſſet ſecundum ſe.* 2.10. & 22. *Natura debuit dare homini bonum permanens. V. Anima debuit connectere fælicitatem hominis cum virtute* 1.20. *Perfectior eſt natuea capax magni boni, quamuis obtinendi per auxilium exterius, quam illa, quæ ſolum eſt capax parui boni abſque auxilio exteriori.* Naturæ *humanæ inſufficientia, atque indigentia non prouenit ex odio, ſed ex beneuolentia Naturæ.* 2.23. *Cur natura humana ſecundum ſe non ſit mala, quamuis proprijs viribus non poſsit conſ qui ſuũ finem.* 2.23. *Natura proprijs viribus producens, v.g viſionem Dei repugnat.* 2.55. *Cur omne præſens naturale relinquat Deum indifferentem ad futura.* 3.40.

*Cur non debuit natura identificare in vna entitate prædicata diſtinguibilia.* 3 161. *Natura non obligat ciuem ad amandam*

*magis Rempublicam diſtinctam à ſe quam ſeipſum* 3. 187. *Cur ſit connaturale creaturis, amare magis fœlicitatem Dei, quam propriam* 3.188. *Natura cur inſeuit hominibus etiam ſenibus inclinationem æqualiter fere æſtimandi bona temporalia, ac ſi lõgius eſſent victuri*. 4. 142.

*Natura duplex Hipoſtatice vnita Deo quarum altera perat oppoſitum, ac altera implicat.* 5. 107.& 108.& *ſoluitur celebre ſophiſma deſumptum ex eo quod volitio vtriuſque naturæ haberet pro conditione, niſi alia natura ſumpta oppoſitum velit*. ibid. 109.& 113 & *ſoluitur ſimile ſophiſma in iudicijs ibidem* & 110. 111. *Natura quomodo definitur, & ex eius definitione infertur in Chriſto manere duas integras naturas* 5. 158.159. *Natura humana ſi vniretur immediatè naturæ diuinæ, an ſubſiſteret per illam*, ibid. 164. *Natura non facit per plura*

quod.

quod poteſt facere per pauciora.,
quomodo intelligatur. ibid. 168.
169.
Neceſsitas moralis fundatur, vel in
exigentia vaga naturæ 2.112. vel
in maxima inclinatione, aut auer-
ſatione. 2.115. vel in maioritate
numeri, quæ eſt neceſsitas dimi-
nuta, & reducitur ad maiorita-
tem inclinationis. 2.116. ad hæc
duo vltima capita reuocanda eſt
neceſsitas moralis peccandi. 2.120
potius quàm ad reuelationē Dei,
dependentem à ſcientia conditio-
nata libera. 2. 122. Eſt in Deo,
non quidem ſimpliciter, ſed dimi-
nuta. 2.123 Neceſsitas diſiuncti-
ua in Deo ad aliquid extrinſecū
non datur. 5.179.
Negationes, nō ſunt infinitæ. V. In-
finitum, negatio nulla datur, quæ
habeat veritatem contradiſtin-
ctam ab omni ente, & ab omni
vero poſitiuo, idque late probatur
5.178. et 179. an negationes vere
ſint in ſubiectis, fuſè diſcutitur.
ibid.

ibid. 180. & 181. & concluditur eas eſſe relationes. ibidem. 182. & 188. negationes quomodo cognoſcuntur. ibid.

Numerus quid importet ex parte obiecti, & quomodo explicite concipiatur. 3. 269. numeralibus conceptibus, quid reſpondeat ex parte obiecti. 5. 189.

## O

OBiecta alia eſſe mala quia probibita, alia vero è contra in quo ſenſu accipiendum ſit. 1. 166. Obiectum licite amabile gratia ſui, poteſt terminare actũ honeſtum propter bonitatem natiuam ipſius obiecti. 1. 180. Nullum obiectum poſsibile, quando exiſtit poteſt Deo abſolutè diſplicere diſplicẽtia abominationis. 1. 221. Obiectũ fidei. V. Fides Obiectũ formale quo pacto aſſignetur habitibus intellectualibus 3. 85. &

babi-

habitibus volitiuis. 3. 89. Obiectũ formale. V. Fides.

Obligatio obiectiua quid ſit. V. Voluntas. Obligatio immediate inducitur à ſolo Deo, à creaturis verò non niſi exigitiuè. 1. 179. Obligationis varia prædicata neceſſaria diſquiruntur. 5. 41. 42.

Obſcuritas cognitionis fuit vtilis, tum in contractibus, tum in retributionibus. 1. 189.

Odium, aliud abominationis, aliud inimicitiæ, ſecundum poteſt eſſe in Deo, non verò primum. 1. 221.

Omnipotentia debet concurrere ad omnes effectus immediate. V. Cõcurſus.

Operatio quæ fit ex metu quomodo diſcernẽda ſit ab ea quæ fit ex cõcupiſcentia. 1. 58. 59. Operatio honeſta excludit quamlibet formidinem, quod ipſa diſpliceat Deo. 3. 72. Operatio quælibet moralis reſpicit Vltimum finem. 1. 172. fit per deliberationem comparantem

tem

tem plures bonitates oppoſitas cū ratione boni vniuerſalis, ibi aliqua poteſt eſſe imperfectior, alia vt quod, & tamen perfectior vt quo. 1. 42. Cur operatio pendens à voluntate, magis propriè quam aliæ operationes vitales dicatur habere principium in nobis. 1. 47. Operatio præterita ſola non mouet Deum ad amandum, vel odio habendum, & cur videatur mouere nos. 2. 135.

Opinio quod liceat ſequi ſententiam non tutiorem quid ſit. 3. 74. Opinio probabilis non poteſt teneri relicta probabiliori ab eo, qui hoc ſpeculatiuè putat illicitum. 3. 75. Opinio nequit coniungi cum fide, aut cum ſcientia, & cur. 3. 171.

# P

PAſsio appetitus ſenſitiui cur minuat voluntarium. V. Voluntarium.

Pecca-

Peccatum in quo ſenſu oriatur ſemper ex errore, vel ignorantia 1. 147. eſſe eſſentialiter offenſam Dei cogniti oſtenditur primo authoritate S. Thomæ. 1. 169. deinde rationibus. 1. 171. Deficeret ſublato Deo. 1. 173. latius patet, quam culpa. 1. 170 Cur eius poſſibilitas fuerit neceſſaria. 1. 192. Deum illud permittere non eſt abſurdum 1 203. eſſentia peccati ſita eſt in hoc, quod ſit practice inamabile à Deo 1. 209. Peccatum habet bonitatem etiam practicè amabilem in ordine ad bonũ iucundum: ſed ſolum ſpeculatiuè amabilem in ordine ad bonum honeſtum. ibi, & ſeq. tum de alienis, tum de proprijs peccatis licet ſpeculatiuè gaudere. 1. 210. Peccati Deus nõ eſt author. V. Deus. Quomodo verificetur axioma aſſerens, nullam dari naturam peccati. 1. 217. Peccatum non diſplicet Deo abſolutè, ſed homo propter peccatum. 1. 221. Pecca-

tum

tum magis diſplicet Deo, quam quodlibet aliud obiectum diſplicentia antecedenti, non vero cõſequenti. 1.225. Peccati originalis pœna quænam ſit, & cur nemo poſſit conqueri, eam ſibi irrogatam eſſe, quamuis ex alieno delicto. 4.32. Peccata omnia vtrum poſſint vitari. V. Potentia repugnat neceſſitas diſiunctiua in aliquo inſtanti ad plura peccata. 2. 81. & neceſſitas phyſica ad peccatum in aliqua latitudine temporis. 2. 84. ad peccatum mortale non requiritur potentia moralis non peccandi. 2. 104. Soluitur difficilis obiectio contra hoc. 2. 105. Peccatum mortale non eſt ſimpliciter infinitum. 5. 72. 74. Neque valet argumentũ calculatorium de infinitate Dei offenſi, aut duratione pœnæ. ibid. 75. Peccatum originale non eſt materia ſufficiens ſatisfactionis. ibid. 60.

Pecunia debet eſſe diuiſibilis facile

reperibilis, difficile corruptibilis, facile transferibilis, neque rariſſima, neque frequentiſſima, debet denique habere aliquam æſtimabilitatem præſcindendo à lege, & arbitrio. 4. 53. dictæ conditiones maximè concurrunt in metallis, & quæ nam ſint hæc & quare fuit vtile ea ſignari ſigno publico ibi 54 Cur fuerit vtiliſſimum ſæuiſſimè puniri illos, qui ſimulant huiuſmodi ſignuum ibi. Proprius vſus pæcuniæ eſt commutatio, & in ijs non conſiſtunt formaliter diuitiæ ibi. 57. Prima regula valoris æqualis qui intercedit inter pecuniam, remque emptam, vel venditam, non eſt æſtimatio humana, neque quod tota pecunia, quæ eſt in mundo tanti æſtimetur, quanti bona omnia vendibilia in mundo, neque eſt æſtimabilitas intrinſeca, ſed eſt æqualitas æſtimationis inter pecuniam, mundi, vel regni, & omnis merces eiuſdem, ideſt

bona

bona mobilia, quæ homines ratione ſuperfluitatis habent parata ad vendendum ibid. 57. 18. & ſeq. ſtabilitur valor pecuniæ in ordine ad bona ſtabilia, & alia ibi. 63. Valor pecuniæ duplex eſt alter intrinſecus, alter extrinſecus, & vterque explicatur ibi. 64. Valor extrinſecus monetæ habet pro ſua menſura fundamentali monetas ipſas conſideratas, non in ratione monetæ, ſed mercis proportionalitate tamen geometrica ibid. Si creſcat valor extrinſecus pecuniæ num teneatur mutuatarius reddere monetam eiuſdem ſpeciei, æqualem acceptæ, ibi. 61. & quid in hac re præſumendum ſit ibi. 66. in ratione pecuniæ inuentio noui orbis nihil opulentauit genus humanum, & cur implicet moraliter loquendo diteſcere, aut pauperaſcere genus humanum in ratione monetæ ibidem 68.

Perfectio alterius; vi amicitiæ red-

ditur propria. 1. 29. Perfectio eſſentialiter habita eſt aliquando infinite perfectior, quam ſit eadem contingenter recepta, vel data alteri in genere cauſæ formalis. 2. 56.

Perſona eſt naturæ rationalis indiuidua ſubſtantia, & inde deſumitur cur ſolum ſuppoſitum Diuinum poſſet aſſumere ſibi alienã naturam, & ſolam naturam diuinam poſſe ſubſiſtere in pluribus ſuppoſitis. 5. 157.

Pia affectio. V. Habitus.

Pluralitas denominatur ab aliqua diſtinctione reali, vel intrinſeca, vel extrinſeca rebus denominatis. 3. 279. & 284. V. Infinitum.

Pœna debet eſſe aliquid ſimpliciter bonum afferens Vltori honorem, & medelam culpæ. 2. 16. omnis pœna eſt vtilis punito ſecundum comminationem, aliqua eſt etiam vtilis illi ſecundum executionem, 4. 4. Cur tamen punitus non tenen-

neatur pro illa agere gratias.4.3.
Pœna inflicta à Deo homini libere operanti non poteſt eſſe carentia omnis cogitationis congruæ.2.12. Non eſt niſi priuatio boni debiti, & depauperat aliquo gradu fœlicitatis poſſeſſo.3 127. Pœna eſt contra voluntatem puniti quamuis aliquando vtilis punito, & quomodo. 1.4.
Pontifex, quem multitudo catholicorum pacifice venerata eſt vt verum, fide certum eſt, eſſe verum, & cur 3. 140. Cur non poſsit condere nouam ſcripturam Canonicam 3.151.
Poſſeſsio fælicitatis poſitæ in bonis proprijs eſt obiectum motiuum gaudij, at poſſeſsio fælicitatis ſitæ in bonis amici eſt tantum conditio.1. 37. Poſſeſsionis variæ acceptiones.4. 154. & quomodo ſit ſeparabilis à Dominio quãdo ſufficit præſumptio dominij. ibidem Quænam poſſeſsio verſetur circa res incorporeas. ibi. 115.
Poſ-

Poſſibile quando exiſtit non poteſt Deo diſplicere. 1. 221. Poſſibilitas Creaturæ immultiplicabilis. V. creatura. Illud eſt poſſibile, quod antecedenter ad ſuum conceptum de poſſibilitate habet bonitatem prudenter amabilem practicè vel ſpeculatiuè; ſi vero non habet, eſt impoſſibile. 1. 178. Poſſibilitas moralis Iliadis Homeri ex fortuito litterarum iactu. V. neceſſitas moralis.

Potentia appetitiua non eſt inſtituta primario propter ſe, & cur. 1. 5. Eſt tanquam gubernator, & quomodo. 1. 6. V. appetitus.

Potentia antecedens, & phyſica ſeruandi legem naturalem non eſt beneficium Dei diſtinctū à creatione. 2. 47. Potentiam etiam moralem vitandi omnia peccata etiam leuia, habuit Adam in ſtatu innocentiæ, non diſtinctam à beneficio creationis in tali ſtatu. 2. 48. Nos vero ſine ſpeciali gracia non habemus hanc poten-

tiam moralem, ne in ordine quidē ad peccata grauia. 2. 49. & 50. Potentiæ non ſunt finis cui operationum, ſed media. 2. 65. Potentia ad aliquem actum non cadit ſub experientiam euidenter ante exercitium illius actus. 3. 70.

Practica. V. iudicia practica.

Præceptum. V. Conſilium.

Prædicata aliqua ſunt prima, quorum conceptus non fundantur in aliquo alio prædicato, vt ens ſubſtantia, & alia ſecunda, quæ ſupponunt aliud, vt ſimile, &c. 1. 3. aliqua omnino excedunt limitationem entis creati, alia excedunt, ſi non habeantur per fauorem indebitum, alia ſi ſint identificata. 2. 59. Omne prædicatum eſt formaliſſime vel perfectio ſimpliciter ſimplex, vel imperfectio. 3. 46. Prædicata diſtinguibilia non debuerunt identificari in vna entitate, & cur. 3. 161.

Præmia maxima cur neceſſe fuerit vt cognoſcerentur valde obſcure. 1. 189.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Præmiſſæ non cõcurrunt immediatè ad concluſionem.* 3. 177. *minor eſſentialiter diſtinguitur à maiori. ibi.*

*Præſcriptiones cur ſint inductæ.* 3. 142.

*Præteritum V. tempus. Præſens. V. Tempus.*

*Prima principia ratiocinandi, & prima cognoſcendi quid ſint* 1. 1. *Duo prima principia alterum boni, alterum mali impugnantur.* 1. 196. *de quibus obiectis ſit neceſſaria, & de quibus arbitraria.* 1. 158. *quid re ipſa ſit.* 1. 163. & 164. *Primum bonum eſt neceſſariò quid abſolutum, eſtque regula ſui & mali.* 5. 22.

*Prioritas naturæ in quo conſiſtat.* 1. 95. *Per quid habeat vnum obiectum vt exigat eſſe prius natura quam aliud.* 1. 97. *mutua prioritas naturæ cur repugnat.* 1. 101. & *ſeq. Argumenta difficilia pro mutua prioritate ſoluuntur.* 1. 108. & *ſeq.*

*Probabilitas debet fundari in aliqua neceſsitate.* 2.116.& 119.*Probabilitas mutua intrinſeca, & extrinſeca quid ſit.* 3. 115. *probabilitas inter infinita.* V. *Infinitum quod probabile plerumque contingat, eſt proprietas fundata in hoc, quod potentia libera determinatiua illius, ſit magis inclinata ad illud, quam ad oppoſitum*, 2. 116 *quomodo aliqua ſint tãtũ probabilia nobis, quamuis in ſe neceſſaria* 2, 118. *Quomodo res probabilis differat à mere dubia in ordine ad operandum, non vero ad opinandum* 3. 114.

Profeſſio in Religione *inita ex metu. eſt inualida.* 1 61.

*Probibitio Diuina eſt quædam enunciatio* Dei *practica, & verificatiua ſui obiecti.* 1.164. *Nunquãdatur prohibitio cognita, &* vt quod, *quin detur alia incognita, &* vt quo. 1.165. *Prohibitio Dei aliqua neceſſaria, alia*

*arbitraria. 1. 163. Circa quæ nam obiecta ſit, vel non ſit neceſſaria. 1.158.*

*Prouidentia generalis non confert cogitationem congruam, debet eſſe ſpecialis V. Cogitatio congrua. Prouidẽtia ſumma eſt calamitas proborum, & improborum, proſperitas. 3.132.*

*Proximus quem debemus amare qui nam intelligatur. 3.233. Cur ametur amicitia propria, quamuis propter Deũ. 3.232. Cur eius ſalus non ſit præferenda profectus noſtro, licet poſſemus ſaluare totum mundum per aliquam minimam imperfectionem. 3.231.*

*Prudentia vt communiter vſurpatur in quo conſiſtat. 3.79. quo pacto ex Ariſtotele ſit incapax eliciendi actum falſum, & tamen ſit obnoxia errori. 3.80. Quomodo differat ab arte, 3.81. Cur dicatur practica licet ſecundum ſe ſit ſpeculatiua. ibi.*

*Pueri non ſunt Domini omnium actio-*

actionum quæ fiunt circa corpus 4. 30.

# Q

QVantitas finita cur ſit obiectũ mathematicæ. 3. 87. Explicatur diuiſibilitas virtualis infinita, quam adſtruunt recentiores in quantitate continua. 3. 300 Quomodo Ariſtoteles compoſuerit quantitatem continuam. 3 304. Inter quas eius partes ponat diſtinctionem actu, inter quas potentia. 3. 308. Cur non ſit abſurdum putare, quoties fit noua aſſignatio in quantitate tum ſucceſsiua, tum permanente, reſultare realem mutationem in qualibet parte vniuerſi. 3. 312. Indicatur tamen grauis difficultas, & duplex modus eam vitãdi. 3. 315.

# R

REgula prima bene operandi non eſt dictamen noſtræ rationis. 1. 148. neque eſt præponderantia bonitatis phyſicæ ſupra phyſicam malitiam obiecti. 1. 149. Neque eſt conformitas obiecti cũ natura rationali 1. 152. neque voluntas Reipublicæ. 1. 175. neque bonum totius naturæ rationalis includendo etiam homines poſſibiles. ibi Regula prima honeſti. V. Honeſtum.

Relationes prædicamentales generatim eſſe aliquid contradiſtinctum à duplici abſoluto multa ſuadent, 5. 102. & ſeq. Relatio nõ ſolũ datur ad terminũ exiſtẽtẽ, ſed etiam ad terminũ præteritum. ibid. 185. nõ tamen datur ad futurũ ibid. ne relatio inter res creatas, & illos actus diuinos, qui reſpiciũt futurum diſcutitur

fuſè ibidem 186. & 187.

Religio cur nõ ſit virtus theologica. 3.229.

Remiſsio peccati mortalis præſupponit actum bonum ſupernaturalẽ eſſẽtialiter tãquã diſpoſitiuũ. 5.81

Reſtituendi obligatio oritur ex duplici capite præſcindendo à contractu ratione ſcilicet rei acceptæ, & ratione iniuſtæ acceptionis, & ad quid nam teneamur ratione vtriuſque. 4.69. non tenetur illatòr iniuriæ ad reparanda damna, niſi ratione rei acceptæ, & in quantum eſt effectus ditior ſi adſit deffectus aduertentiæ ad peccatum mortale requiſitæ, ibi. 70. quando iniurians teneatur ad reſtitutionem totius valoris intrinſeci quamuis iniuria fuerit leuis formaliter. ibid. 71. damna inuincibiliter ignorata, & prudẽter inexcogitabilia non tenetur reficere etiam ſi iniuria fuerit grauis idque valet etiam ratione rei acceptæ, & in quantum effectus eſt

diti-

ditior ib. 72. 73. nō daturobligatio reſtitutionis in bonis diuerſi generis de iure naturæ, & quare non ibi 74. & 75. neque eo dato eſſet iniurianti liberum pro bonis temporalibus reſtituere ſpiritualia. 4-76. Explicatur quomodo deducatur in pactum non ſolum labor corporalis, ſed etiam applicatio orationis etiam ieiunij, nec non etiam miſſæ adhuc tamen nullam committi ſimoniam, ibid. 78. & 77. 79 & 80. Infertur Principes Chriſtianos teneri ſeruare pacta etiam indulta dūmodo licita in pacificationibus conceſſa etiam Hæreticis, & infidelibus ibid 82.

Retributio debet eſſe ex natura ſua effectus meriti, & ſic voluntas eā dandi & debet moueri à merito vt exiſtente, vel tunc cum datur retributio, vel antea 5. 122. & 123.

Reuelatio. V. Fides.

# S

SAtisfacere, & ſatisfactio. V. peccatum mortale vt ſatisfiat æqualiter pro aliquo debito ex delicto graui debet tantũ facere ſupra id ad quod ante cõtractũ debitũ tenebatur quantũ infra ſuũ debitũ fecit delinquendo, & quomodo hoc nõ valeat in peccato leui. 579. In pura natura cõgruũ fuiſſet dari aliquam ſatisfactionẽ, ſeu remediũ mundans à peccato. ibid 80. ſatisfactio pro peccato nõ requirit tantũ exceſſum dignitatis in merente quo ad entitatem quãta eſt vilitas offẽdẽtis ib. 100.

Sciẽtia intuitiua Dei de aliqua exiſtentia in tempore non eſt poſterior natura neceſſaria ad illam exiſtentiã. ſ. 118. non omnis ſciẽtia viſionis in Deo eſt cauſa rei viſæ, ſed illa quæ eſt pura præuiſio & quæ relinquit Deũ adhuc indifferentẽ ad nolendũ, quod illa res exiſtat dependenter ab his, vel

ab

ab illis cauſis . ibid. 119. & 120.
Senſus certificat de diſtinctione rerũ adeoq; de motu, nõ vero de identitate 3. 315.
Signũ quid ſit 3. 4. Quotuplex ſit. 3. 5. Cur liceat vti ſignis tum naturalibus tum ex pura cõſuetudine ſine mẽdacio quamuis nõ exiſtat res ſignificata. 3. 8. neq. merẽtur nomen ſimulationis ibi ſignũ ex conuentione V. locutio. Signa priora, & poſteriora natura quid ſint. 1. 98. Cur nõ poſſint duo obiecta exiſtere in ſignis plane diſparatis. 1. 99. Signa diuerſa ſufficiunt, vt coexiſtant ea quæ habẽt oppoſitionem dependentiæ non autẽ cõtrarietatis vel cõtradictionis.
Species nõ poteſt conſtitui per differẽtiã mere negatiuam 3. 159.
Spes explicatur. 3. 193. eius obiectũ formale non eſt arduitas. 3. 192. debet eſſe futurũ tantum negatiue ibi non eſt de illius ratione tendere ad ſuperandam difficultatẽ. ibi. creſcit, aut minuitur ad pro-

portionē maioris, vel minoris gaudij, quod præcipimus, ex maiori, vel minori probabilitate boni ſperati. 3.194. eius obiectū formale non eſt potentia, à qua ſperamus, ſed bonitas rei ſperatę. 3.198. cur requirat amorē, & triſtitiam. 3.96. Poteſt coniungi cum certitudine obſcura non autem cū euidentia. 3.196. Spes Theologica quid ſit. 3 201. Explicatur quomodo eius obiectum formale non ſit viſio Dei, ſed Deus. ibi. Spei actus cum actu deſperationis repugnat, quamuis elicitus in diuerſo ſigno 3.204. Cur non detur in Deo, nec in Chriſto ſpes de ſalute reproborum 3.209.

Sphæra, cur dicatur ab Ariſt. Superficies ſimplex et perfecta. 3.308

Stoici cur iactabant, virtutem etiā in tormentis eſſe beatam. 1.19.

Subſtantia non modalis non poteſt eſſe ſupernaturalis in eſſendo. 2.53. Subſtantia ſpiritualis incluſo etiam Deo poteſt naturaliter

liter

liter mouere localiter corpoream cum triplici tamen limitatione. 3. 32. Subſtantiæ conceptus vnde deſumatur, & eius diſtinctio ab accidente. 5. 155. Subſiſtentia non addit aliquod poſitiuum ſupra naturam, ex eo præciſe, quod concilia definiuerint in Chriſto ſubſiſtentiam creatam non manſiſſe. 5. 171. & quid intelligebatur nomine ſubſiſtentiæ apud veteres. ibid. & quid S. Th. in hac re ſenſerit. ibid. 172. & 173. & 174. neque ſubſiſtentia poſitiua poteſt eſſe vtilis ad ſaluandam communicationem idiomatum. ibid. 175. Subſiſtentia in Deo quid nam eſt. ibid. 177. Subſiſtentia, nil addit ſupra integritatē naturæ ſubſtantialis creatæ, quā relationē ad diuinū decretū, nolens vnire illam naturā cū alio ſuppoſito ſi totalitas nō eſt aliquid diſtinctum à partibus, neque eſſentia ab exiſtentia ibid. 159.

Supernaturale aliud in ratione effe-

ctu,

ctus, aliud in ratione entis 2.52. hoc ſecundum debet eſſe vel fœlicitas ſupernaturalis, vel aliquid ad eam ordinatum. 2.60. neque poteſt produci proprijs viribus ab vlla potentia naturali, ne ſuppoſito quidem miraculo extrinſeco. ibi. nullum ſupernaturale poteſt intellectus ſuis viribus euidenter cognoſcere. 2.62. Supernaturale aliud quo ad ſubſtātiā, aliud quo ad modū. 2.63. hoc ſecūdū vel includit, vel ſupponit aliquid ſupernaturale. Actus ſupernaturales in ratione entis diſtinguūtur à naturalibus ex obiecto ſaltē formali 2.67. aſſignatur eiuſmodi obiectū formale diuerſū. 2.68. Aliqua vt pluuiæ, reſtitutio ſanitatis, &c. non eſt ſupernaturalia. V. locutio. Definitio illa nēpe ſupernaturale eſſe quidquid ſciri nequit ſine reuelatione ratione, & exemplo oſtenditur. 3.39. nullus actus ſupernaturalis poteſt eſſe ſemideliberatus. 3.125. & 128. poteſt tamen

*men eſſe indeliberatus.* 3. 129. *ad actus ſupernaturales in ratione effectus non requiritur habitus conſortans potentiam.* 2. 61.

# T

*Tempus habere diuerſitatem partiũ per quid nobis innoteſcat.* 1. 91. *Cur neceſſe fuerit creaturã rationalem habere aliquod iudicium de tempore, & rebus futuris.* 1. 190. *Cur Tempus futurũ nõ poſsit in ſe ipſo à creaturis videri, poſsit autẽ à* Deo *ibi. per quid diſtinguatur præteritũ à futuro.* 3. 292. *denominatio præteriti cõpletur per aliquod præsẽs, ib. Tẽpus præſens, ſiue ipſum* nũc *eſt primum analogatũ in ordine ad quod declaratur præteritum, & futurum,* 3. 306. *quopacto in partibus temporis Deus exerceat libertatem.* 3. 311.

*Tentatio ſupra vires morales eſt poſſibilis, ſecus ſupra vires phyſicas* 2. 103.

*Timor maximus debuit neceſſario inſtitui ad remouendos homines à voluptatibus.* 1. 189.
*Trinitas dicitur ſupernaturalis in cognoſcendo.* 2. 53.

# V

*VBicatio antecedit omnes effectus voluntarios, qui fiunt à re vbicata in aliquo inſtanti, ipſa verò determinatur ad exiſtendũ à volitione non coexiſtente, ſed præexiſtente.* 1, 89.
*Vendere quid nam ſit.* 4. 119. *Quãdo vltra ſortem liceat accipere aliquid propter periculum, ſiue extrinſecum & accidentale, ſiue intrinſecum ib. & quomodo non obſtet exẽplũ furis qui quãtumuis pauper ſi poſtea reſtituat quãtũ accepit ſatisfacit iuſtitiæ.* ibi. 126. *Periculum commune quod reperitur in quibuſcunque debitoribus non ſufficit ſemper ad iuſtificandã promiſſionem recipiendi aliquid vltra ſortem.* ibi. 128.

*Vſura eſt vetita de iure naturæ, & quomodo Deus diſpenſauerit cum Iudeis.ibid.132.& aſſignatur ratio cur pro mutuo præciſe nihil poſſet accipi vltra ſortem, ſed neque etiam pro obligatione non repetendi mutuum, niſi poſt tantum tempus.ibi.134.Cur vſura non committatur niſi in rebus quæ vſu vnico conſumuntur.ibi. 144.Si eueniret aliquem indigere pecunia ad oſtentationem ad hunc vſum illi pecunia accommodaretur poſſet ne aliquid prætij pro vſu accipi.ibid.*

*Veracitas diuina eſt ratio credibilitatis fidei.3.90.quomodo fiat immediatè credibilis in actu fidei 3.91.Veracitas,& fidelitas,V.virtus.*

*Verba.V.Locutio.*

*Verbum Diuinum cur ſit locutio. 3.3.*

*Veritas cognitionis probabilis de obiecto contingenti per quid ſit vera.1.136 Veritates omnes ſunt*

per

per ſe immediate affirmabiles, ſed ex humana ignorantia prouenit, aliquas eſſe principia, alias vero concluſiones, 1. 12. Veritas, & falſitas ſunt prædicata ſecunda, quæ non poſſunt affirmari niſi ſaltem cõfusè affirmetur aliquod prædicatum fundamentale, ex quo conſurgunt. 5. 109.

Violentum, & eius definitio Ariſtotelica declaratur. 1. 119. & ſeq.

Virtus debuit naturaliter connecti cum fœlicitate. 1. 20. Quamuis habeat aliquam bonitatem finis, tamen præcipue eſt bona tanquã medium infallibile ad fœlicitatẽ. 1. 27. Virtutes morales per quid ſpecie differant. 3. 212. Cur in Deo identificentur formaliter cũ charitate, non vero in nobis. 3. 213. quænam virtutes non ſint in Deo, vel in Angelis. 3. 214. Virtutes aliæ à iuſtitia gignunt obligationem gratiarum, & quãdo nam 4. 5. Virtutes fidelitatis, & veracitatis duplicem obligationẽ

*tionem includunt alteram poſitiua, negatiuam alteram, & cuinam debeatur gratiarum actio.* 46. *Virtus quomodo ſit diſpoſitio perfecti ad optimum, & quomodo ipſa optima non ſit quomodo in Deo reperiatur.* 423. *Virtutes ad alterũ quomodo differant à virtutibus ad ſe. ibi.* 25. *& quomodo a iuſtitia. ibi.* 26.

*Viſio Dei eſt præcipua pars beatitudinis cauſaliter non formaliter.* 1. 33. *Viſio Dei ſola reddit ipſum fœlicem, ſecus creaturas. V. Fœlicitas, eſt incomponibilis cum peccato tum actuali, tum habituali.* 1. 43. *datius ad perpetuam amicitiam Dei; magis, quam gratia habitualis.* 1. 43. *quidquid habet connexionẽ cũ exiſtentia viſionis Dei eſt ita ſupernaturale vt ſit melius, quã quodlibet accidens potens eſſe debitũ vlli naturæ.* 2. 52. *Viſio beatifica eſt locutio.* 3. 3. *nõ eſt cũ illa componibilis dubitatio de vllo prædicato neceſſario Dei, & cur.* 3. 45. *eius caren-*

carentia ſola, ex S. Th. eſt mitiſſima omniũ pœnarum. 3. 127.
Vita iſta non habet veram fœlicitatem, & præcipua illius bona ſunt media. V. fœlicitas.
Vnio hipoſtatica cur eſſẽtialiter ſupponat decretũ Dei de nunquam dimittenda illa natura rationali, cui ſemel ſit hypoſtaticè vnitus. 5. 94. 95. 96. 97. Vnio nõ habet aliã vim, & perfectionẽ, quàm merè coniũgere formã ſubiecto, nec poteſt in eã refundi diuerſitas proprietatũ. 1. 25. Per vnionẽ hypoſtaticã ità factũ eſt vnũ per ſe ex humanitate Chriſti, & perſona verbi, vt neq. fuerĩt duæ perſonæ, neq. vna natura. 5. 155. Vnionis cur poſſet eſſe ſubſtãtia ibi. 156. Vnionis primus cõceptus eſt ſubiectũ aliquo modo perficere per id cui vnit tale ſubiectũ ibid. 163. Vnio hypoſtatica eſt aliquid præter exiſtentiã verbi, & exiſtẽtiã humanitatis, & diſtinctũ nemine cogitãte à cæteris modis ibid. 166. & 167. Vnio, neq. eſt terminatio

æterna

æterna intrinſeca verbo. ibid. 170
Vnum per ſe quomodo debeat eſſe ex intentione naturæ, 5.160.
Volitio determinat aliquos effectus nõ coexiſtẽdo, ſed præexiſtẽdo illis 1.89, exprimit quidquid à cognitione præcedẽti repreſentatur. 96. Volitiones diſparatæ nõ poſſunt eſſe in volũtate vlla pro eodẽ inſtãti. 1.99 nõ poteſt eſſe inuolũtaria, neq. de ea poteſt triſtari qui actu illã habet. 1.118. Volitio nulla poteſt aut immediatè, aut mediatè pẽdere in ſui efficacia à ſua efficacia, ſed debet velle obiectũ a ſe cõtradiſtinctũ, & ſub cõditionibus à ſe contradiſtinctis. 5.113.
Voluntariũ 4.7. Explicatur eius definitio tradita ab Ariſtotele. 1.47 non excludit quodcunq. principiũ extrinſecũ. 1.48. Volũtariũ, neceſſariũ habet rationẽ perfectiſſimã voluntarij, & cur. 1.48. Voluntarium minuit tũ paſſio, tum ignorantia 1.49.50. ratio cur cõcupiſcentia minuat voluntariũ. 1.51. Quomodo, & quinã metu

cauſet inuolũtariũ. V. metue, qua-
nã ignorãtia cauſet inuoluntariũ
1.81. & ſequentibus, dolorẽ ſubſe-
quentẽ ſignũ eſſe inuolũtarij an-
tecedentis veriſſimũ eſt, niſi mu-
tentur circũſtantiæ. 1. 82. & ſeq.
Inuoluntarium ſimpliciter, phy-
ſicũ nõ cauſatur niſi à vi exter-
na, morale vero ab ignorantia. 1.
117. & ſeq. Inuoluntariũ ſecun-
dũ quid fundatur in aliquo inuo-
lũtario ſimpliciter. 1.56. quo ma-
gis bonitas obiecti neceſſitat volũ-
tatem, eo magis voluntarius eſt
amor eiuſdem. 1. 148.
Voluntas obligatoria quid habeat
pro obiecto. 1. 178. Quomodo ſem-
per impleatur voluntas Dei, quæ
dicitur bene placiti, ſecus volun-
tas ſigni, & quid ſit huiuſmodi
voluntas. 1. 221. Voluntas neceſ-
ſariò appetit ſaltẽ appetitu ineffi
caci quodlibet bonũ, appetitu ve-
rò efficaci, ſolũ purum bonũ. 1. 8.
Non poteſt mouere intellectum
ad credẽdum immediate id, quod

ex terminis non apparet potius verum, quam falſum. 3. 50. & quod non apparet hic, & nūc probabilius, quam oppoſitū. 3. 131. nō determinat immediate niſi potētiam cognoſcitiuā, vel motiuam, & quo pacto ab eius imperio non quidem præſenti, ſed præterito poteſt pendere apprehenſio. 3. 108. non habet poteſtatem in iudicia clara ibi. qualem habeat in iudicia obſcura. 3. 111. & 120. Voluntas obligatoria duplex vide Ius, voluntas. Virtualis quomodo explicetur. 4. 31.

Voluptas licitè acceptatur præſens, illicitè quæritur abſens 1. 184. Vt medicamentum doloris eſt licite deſiderabilis. 1. 186. Quomodo ſit vtilis ibidem.

Votum auferens libertatem licitam oppoſiti in Chriſto non eſt magis meritorium, & quare 5. 140.

Vſura quid ſit, & quando licita eſt 4. 124. & 25.

Vſus nomine quid intelligatur apud Iuri-

Iuriſtas, & explicatur duplex claſſis rerum quibus vtimur. 4. 160. Quomodo diſtinguitur à dominio, tam in rebus, quæ vſu cõſumuntur, quam in ijs, quæ vſu non conſumuntur, ibi. 117. vſum facti diſtingui à dominio manifeſtè oſtenditur, quamuis ille vſus coniungatur cum aliquo iure, nec eſt aliquid pretio vendibile. ibi. 118. & 119. Vſus facti eſt materia gratiarum actionis. ibi. non poteſt accipi pretium cuiuslibet iuris, quod alteri concedatur, ſi illud ius reſultet ex eo quod ille fiat miniſter noſtræ voluntatis in ordine ad vſum phyſicum rei noſtræ. ibi. 121. & 122. Cur Deus nunquam det nobis niſi vſum facti. ibi. 123. Vſus iuris eſt pretio eſtimabilis. 4. 124.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
442

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN